viribus destituit. |
| 3 a. Threnera rediens | 3 b. Spoliat; tumidus |
| 4 a. Chaos flebilisque
tam generosos
perdere viros, | 4 b. Quos tam laetabundos
tripudiantes
concepit Eden. |
| 5 a. Haec paschalis
festivitatis gloria, | 5 b. Qua supernis
congratulanter terrea. |
| 6 a. Cum, (Christe,) redemptis
surrexisti,
mundum stolidum,
temptum, tabidum | 6 b. Perluxisti
et traxisti
signis variis,
verbis credulis. |
| 7 a. Te precamur,
quos redemisti,
protege; | 7 b. Asma sanctum,
quo gloriaris,
accipe. |

8. Laus trinitati,
Deo soli semper.

Miss. ms. Andecense saec. 11/12. Clm. Monacen. 3008. A. — Grad. ms. Germanicum saec. 12. Cod. Oxonien. Miscell. liturg. 341. B. — Miss. ms. Andecense saec. 15. Clm. Monacen. 24002. C. — 2b, 3 sq. filius genitus A. — 3 a Lies: Tartara (?). — 3b Tumidus ad haec ABC. — 3a, 3b u. 4a sind in den Hss. als eine Klausel verzeichnet; sichtlich ist aber „Chaos flebilisque“ etc. das parallele Glied zu „Quos tam laetabundos“ etc. Sicherheit gäbe nur die Melodie, die leider in Noten fehlt. — 6a, 3 signis prodigiis AC. — 7a fehlt B. — 8, 2 Domino AC.

28. In Octava Resurrectionis Domini.

1. Summa sollemnitas
canat hodierna inclita,
Alleluia,
de lege nova.

- | | |
|---|--|
| 2 a. Christicolae, reddite laudes,
Alleluia,
in hac die sacra. | 2 b. Eia, in unum lymphaticis,
Alleluia,
reddamus cantica, |
| 3 a. Tuba sonando
Alleluia altithrono,
iubilando
in hac festa; | 3 b. Et habeamus
algammata Alleluia,
Alleluia,
in hac aula; |

- 4 a. Et videamus
per prata [amoena],
Alleluia,
paradisiaca,
Quem agmina
poli tympanizantes
iubilant, Alleluia,
modulando nivea
per lyra.
- 4 b. Quam gloria
dominica dies,
Alleluia,
advenit octava!
Meditate
christicolas de Iudea
loquentes, Alleluia,
in die requievit
septima.
- 5 a. O quam lux occurrit!
mira res, Alleluia,
facta est vigilia.
- 5 b. Quae lymphaticis est
gloria, Alleluia,
haec redemptio nostra!

6. Et accipiamus in saecula,
Alleluia, agalmata.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. A. —
Grad. ms. incert. orig. anni 1071 (nach Georgius 1 c. III, 497). B. — 1, 2
canamus B. — 2 a, 1 Christicolas B. — 2 b, 3 reddemus A. — 3 b, 1 Ut B. —
2 b, 2 algamasam A, algamassa B (cfr. Du Cange s. v. algammata). — 3 b, 3
Alleluia fehlt AB. — 3 b, 4 hac fehlt B. — 4 a, 6 polim A. — 4 a, 7 iubila
B. — 4 a, 8 vinea A. — 4 b, 1 O quam AB. — 4 b, 2 die B. — 4 b, 2 christi-
colae A. — 4 b, 7 Alleluia fehlt B. — 4 b, 8 ithure quievit A, idithum requie-
vit B. — 5 a, 1 occurrat A; l. quae (?) lux — 5 a, 3 factum B. — 5 b, 1 Quem
AB. — 5 b, 2 gloriae A. — 5 b, 3 haec fehlt AB. — 6, 1 Ut A. — 6, 2
agalmata fehlt A, algamassa B. (cfr. 2 b, 2). — B fügt noch bei: Amen
dicant per omnia Alleluia Alfa. — Beim Mangel der Melodie ist die Ab-
teilung mancher Klauseln unsicher.

29. In Ascensione Domini.

1. Ascendit Deus in iubilo

- 2 a. Et Dominus in voce tubae
super caelos
caelorum ad orientem;
- 2 b. Captivam duxit formam
nostram, dedit
hominibus felix donum.
- 3 a. Ovem, quae
perierat, ulnis suis
eam vexit
- 3 b. Ad gregem
illum, ad supernas caulas
eam duxit.
- 4 a. O ineffabilis Deus,
redemptor
fortis, aeternae gloriae,
- 4 b. Qui in personis trinus es
et unus
fateris in essentia.
- 5 a. Qui non vis perire tuum,
quod creaveras, plasma,
- 5 b. Prolem in terra dilectum
pro nobis direxeras.
- 6 a. Ipse probra nostra tulit
per stipitem
et livore
eius nos sanati sumus;
- 6 b. Resurrexit de sepulcro,
in aethera
revolavit
ad sidera; Alleluia.

7. *Ipsum enim exspectamus
inde iudicem
venientem, ad supremum
similiter sicut ascenderat.*

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123. (B III 18). A. — Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O IN 7. B. — Grad. ms. incert. orig. anni 1071 (nach Georgius l. c. III, 506). C. — 2a, 3 ab A. — 2 b, 3 et hominibus C; felicem donum B, felice C. — 3a, 1 quem B. — 3a, 2 in ulnis AB. — 3a, 3 vehit C. — 3b in C ohne Alinea. — 3b, 3 fehlt C. — 4a, 2 sq. fortis fateris in essentia B. — 4a, 3 aeterna gloria C. — 4b, 1 es fehlt A. — 4b, 2 sq. unus Deus et invisibilis B; fatearis A. — 4b, 3 scientia A. — 5a, 1 tua B, tuam C. — 5a, 2 quam BC; plasmaveras plasmam C. — 5b, 1 Proles A; terris BC; dilecta A, dilectam C. — 5b, 2 ut dilexeras A. — 6a, 1 proba A, cerebra B. — 6b fehlt B. — 7, 2 idem ABC; 1. item? — A hat nach jeder Klausel „Alleluia“. Die Melodie hat namentlich in den Eingangsstrophen die Symmetrie des Textes wenig gewahrt; den etwas verwilderten Parallelismus der Melodie auch bei Abteilung des Textes zur Anschauung bringen, wie das sonst bei unseren Sequenzen geschieht und geschehen muss, hiesse hier den ohnehin nachlässig besorgten Parallelismus des Textes völlig zerstören. Inzwischen sei hingewiesen auf die Publikation der Hymnen- und Sequenzenmelodien, welche den Abschluss unserer Analecta bilden wird.

30. In Pentecoste.

1. Advenit

- | | |
|--|--|
| 2 a. spiritus sanctus hora
diei tertia | 2 b. Discipulis praebens
charismatum dona |
| 3 a. Omniumque
linguarum eos
loqui fecit genera, | 3 b. Qui prius in
aedificio turris
confuderat superbiam. |
| 4 a. Et cunctis
mirantibus
Dei non timent
loqui magnalia, | 4 b. Quos ante
Christi passio
fugere fecit
per compita. |
| 5 a. Hos tamen
compescere
procurabat
Iudea | 5 b. Plenos esse
credens musti,
de crapula
(saltēm) credula. |
| 6 a. Quibus non metuit
respondere
Petrus, quae noverat vera, | 6 b. Non est abundantia
vini clamans
sed Iocelis prophetia. |
| 7 a. Ecce, cuius
primo negaverat
scire, praedicat miracula, | 7 b. Plenos eos,
iam qui crediderant,
linguarum gentibus munera. |
| 8 a. Hodie sancta
meritoque colenda, | 8 b. Qua spiritus sanctus
terram replet fluente, |

- 9 a. Discipulis
atque linguarum
varia venit
in igne notitia.
- 9 b. In hac ergo
die petimus,
mittere digneris,
genitor alme, dona,
- 10 a. Cordium atque nostrorum
- 10 b. Quaeque pelle tenebrosa,
- 11 a. Cooperante nato tuo,
qui factus est
mundi hostia,
- 11 b. Spiritus eiusdem sancti-
faciente
quoque gratia.
12. Cuius est laus
et gloria
per saecula.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Patavini A 47. A. —
Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. B. — 7b, 2
crediderat AB. — 8b, 1 Quam AB. — 8b, 2 repet B. — 10a, 1 Cordibus
atque nostrarum AB. — 11a, 1 Quo operante B.

31. Dominica prima post Pentecosten.

1. Ecce, dies venerandus,
lustrantur quo fideles.
- 2 a. In quo almus spiritus
adventavit
super cunctos credentes
ab astris,
- 2 b. Corda replens mentesque
altithroni
sonitu corroborans
repente.
- 3 a. Virtus perfudit
cordibus credentium. *
Nova acceperunt
procedente spiritu
a patre filioque
fulgentia eloqui
magnalia. *

Dies fulgebat
florigera,
vehemens de caelo
sonitus replevit cunctos
residentes Solimam.
- 3 b. Advenit divinus,
*discipulos illustrans
ignis, quaerens, lucens,
tribuens charismatum
dona omnibus,

*Lustrans, inundans
deitatis amore.
- 4 a. Ore rogemus,
corde petamus
spiritum illum
sanctum adesse
- 4 b. Largifluisque
precibus [omnes
nobis] oremus
nostrum auctorem.

- | | | | |
|------|---|------|---|
| 5 a. | O paraclite,
solator spiritus, | 5 b. | O lucifluens,
nobiscum maneto |
| 6 a. | Semper custodiens
praevidensque, | 6 b. | Semper humillimos
exhibensque; |
| 7 a. | Pectoribus
nostris metu lustrando,
inducendo veritati
Nos omnes, qui
discipulis
dispertitis in linguis
creverunt; | 7 b. | Coaequalis,
[paraclite sancte,]
Deo patri filioque
Corda nostra
terrivola
replens atque confirmans
Solimam; |
| 8 a. | Ut teneamus caritatem,
servemus castitatem
fidemque immaculatam, | 8 b. | Ut de terrenis erigemur,
de imis suscitemur
ducemurque in excelsis. |

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123. (B III 18). — 2b, 3 sq. repente corroborans. — 3a, 3 procedentes. — 3a, 9 floriant; vielleicht florigerans? — 3b, 5 charismata. — 3b, 11 willum(e!). — 6b, 1 humillimus. — 7a, 3 in veritate. — 7a, 4 omnemque. — 7a, 5 discipuli. — 7a, 6 dispergitum. — 7b, 5 terrivolam. — 7b, 6 replet. — 8b, 3 lucem urque.

32. De sanctissima Trinitate.

1. Eia, cantemus cuncti
et laudemus Domino,

2 a. Qui nos ab imo plasmavit
mundi ab exordio 2 b. Et de suo sacrosancto
nos redemit pretio.

3 a. O pater alme,
Deus immense,
trine et une,
compar utriusque * 3 b. Quem tremunt impia
tartari cohors,
[caelorumque] te laudant
*sancti, et cuncti
adorant, trinitas sancta.

spiritus alme; *

Qui in principio * * Nunc modulemur
cuncta creasti, * * omnes praecelsa
angelorum agmina,
sidera quoque * cantica dulci
et cuncta regis per saecla;

4. Et nos felices
cantemus in gloria.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. —
2a, 1 imo terrae. — 3a, 10 saecula — 3b, 2 tartara. — 3b, 8 dulce. —
3b, 10 saecula.

33. De sanctissima Trinitate.

1. Deus ineffabilis
et incircumscrip^tae naturae,

- | | |
|--|--|
| 2 a. Rerum institutio
omnium, Domini
nostr ⁱ Iesu Christi pater, | 2 b. Qui eundem filium
tuum [prae]dilectum
de sinu tuo misisti |
| 3 a. Ad publicum
nostrum suscipere | 3 b. Vitam nostram,
ut nobis det suam, |
| 4 a. Essetque perfectus
Deus ex parte patris, | 4 b. Necnon et perfectus
homo ex parte matris; |
| 5 a. Totus Deus
et totus homo
unus idemque Christus; | 5 b. Aeternus
et temporalis,
immortalis et mortalis; |
| 6 a. Creator et creatus,
fortis et infirmus, | 6 b. Nutritor et nutritus,
pastor atque ovis; |
| 7 a. Temporaliter mortuus, | 7 b. Tecum in aeternum vivens. |
| 8 a. Dator vitae aeternae
municipium promittens
dixit nobis: | 8 b. Quidquid petieritis
patrem in nomine meo,
dabit vobis. |
| 9 a. Obsecramus
itaque, Domine, et
te nimis pium rogamus
in nomine dilectissimi
filii tui, | 9 b. Ut des nobis
cum eodem filio
tuo [prae]dilecto te in
omnibus benedicere et
glorificare. |
| 10 a. Quia, quorum
una est substantia, | 10 b. Unum [horum]
etiam est et datum. |
| 11 a. Da nobis ergo per illum
et cum illo
peccatorum nostrorum
veniam [cunctorum] | 11 b. Et mandatorum tuorum
custodiam,
dilectionem tui
et firmum amorem. |
| 12 a. O sacrosanta trinitas, | 12 b. O summa Dei bonitas, |
| 13 a. Perfice in nobis,
quod [te] petimus
per crucifixum Iesum
Christum, Dominum nostrum, | 13 b. Qui aeternaliter
tecum vivit et
regnat in unitate
spiritus in saecula |

14. Saeculorum.

Miss. ms. Claustroneoburgense saec. 15. Cod. Claustroneoburgen. 958. —
3 b, 2 donet. — 6 b, 2 et. — 8 a, 3 dedit et dixit. — 8 b, 1 Quodcunque. —
Bei 3 b und 10 b ist in der Hs. kein Alinea; auch fehlt leider die Melodie,
die Norm für eine sichere Abteilung der Versglieder.

34. De sanctissima Trinitate.

1. Deus,

- 2 a. Veniae
largitor et humanae
salutis amator,
- 3 a. Ut des
ex amore tuo
lacrimas, des fidei
virtutumque pennas,
- 4 a. Praesta nobis,
Deus omnipotens,
ante exitum
vitae nostrae
- 5 a. Humilitatem profundam,
patientiam invictam
- 6 a. Da cordis contritionem
atque lacrimarum fontem,
da simplicem innocentiam;
Da stabilitatem nostrique
cordis puritatem, da
constantiam
et mentis integratatem;
- 7 a. Haec per te,
haec de te,
- 8 a. O beata,
benedicta,
gloriosa trinitas,
- 9 a. Audi et exaudi nos,
salva
et salvifica nos;
- 10 a. Per unigenitum
Iesum Christum,
de Maria
virgine natum,
- 2 b. Quaesumus
ineffabilem, piam
clementiam tuam,
- 3 b. Quibus
induti rursus ad
te volitemus, prorsus
et caelum petamus.
- 4 b. Firmam semper
fidem, inconcussum
spem caritatemque
perfectam,
- 5 b. Et corporis et animae
castitatem perpetuam.
- 6 b. Da nobis fortitudinem
et virtutes, ut victores
nostrorum in cunctis existamus;
Da semper et ubique contra
hostem crudelissimum
tuae piae
defensionis auxilium.
- 7 b. Haec in te
donentur.
- 8 b. O aeterna,
semipeterna,
vera, summa unitas.
- 9 b. Adiuva et iuva nos,
munda
et mundifica nos.
- 10 b. Qui processit matris
de utero
tamquam sponsus
(de) suo thalamo,
11. Regnans cum patre
et sancto spiritu
per infinita et immortalia
saeculorum saecula.

Miss. ms. Claustroneoburgense saec. 15. Cod. Claustroneoburgen. 958. —
3 b, 3 sq. et prorsus. — 4 b, 2 sq. spem inconcussum. — 5 b, 1 Et fehlt. —
6 a, 1 et lacrimarum. — 6 b, 2 vires et. — 7 b, 2 condonentur. — 10 b, 1 sq.
de matris. — Bei 2 b, 3 b, 5 b und 7 b ist in der Hs. kein Alinea. Auch fehlt
die Melodie; daher ist manche Abteilung der Klauseln fraglich.

35. De sanctissima Trinitate.

- 1 a. Personarum trinitatem
Et naturae unitatem
In primo principio
- 1 b. Collaudemus et credamus
Et sincere diligamus
Pulso mentis vitio.
- 2 a. Pater verbum ab aeterno
Eructavit de interno
Cordis secretario;
- 2 b. Verbum dixit coaequale,
Qualis pater, verbum tale,
Pater est in filio.
- 3 a. Duo quidem sunt coniuncti
Sed disiunctim, et disiuncti
Sed coniunctim;
res est ineffabilis.
- 3 b. Ut personae distinguuntur,
In natura coniunguntur,
Cum sint unum;
res inenarrabilis.
- 4 a. Nasci quidem a parente
Non est idem cum gignente,
Sed diversa natio;
- 4 b. Et ex Deo natus Deus
Probat, quod sint unus Deus;
Haec est vera ratio.
- 5 a. Conspirant duo tertium,
Non aliud sed alium,
Amorem suavissimum;
- 5 b. Procedit sanctus spiritus
Ab utroque, paraclitus,
Flamen, pneuma dulcissi-
mum.
- 6 a. Naturalis identitas,
Personarum diversitas
In tribus ab ecclesia
- 6 b. Praedicatur et creditur,
Veneratur et colitur,
Nostra fides et gloria.
- 7 a. Ex ipso manant omnia,
Per ipsum fiunt omnia,
In ipso manent omnia;
- 7 b. Ipsi decus et gloria,
Ipsi laus et potentia,
Dicant omnes: Alleluia.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17. B. —
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. C. — Miss.
Hispalense imp. Hispali 1507. D. — 3 a, 2 Sed (et B, C) disiuncti sed coniunctum (coniunctim B) ABC. — 3 a, 3 Et ABC; disiunctum AC, disiunctim B. — 3 b, 1 Et personae BCD. — 3 b, 2 convertuntur BCD. — 4 a 1 quidem
apparente ABC. — 4 a, 3 divina D; notio C. — Str. 5—7 fehleu BC. — 5 b, 3
neuma D. — 7 a, 1 Et ex AD. — 7 b, 3 Ipsi dicant D; dicunt A.

36. Dominica quarta post Trinitatem.

- 1 a. Omnium
Domino atque pio
liberatori
votis ac voce
cordis iubilemus.
- 1 b. Laetemur
et exsultemus eius
in laude nunc et
semper, timentes
ac amantes eum;
- 2 a. Est quia iudex
patiens, fortis, pius,
miserator
ac multum misericors,
- 2 b. Impios suis
constrictos sceleribus
solvens, iustus,
clemens et iustificans.

- 3 a. Omnes enim
peccavimus ei
et parcit nobis
- 4 a. Nec quaerit nos damnare,
sed salvare et
liberare;
- 5 a. Peccatores vocare
- 6 a. Gratia cuius stat iustus,
peccator lapsus resurgit.
- 7 a. Et caeli gaudia
cum sanctis omnibus,
8. Ut laudemus fulgidi
nomen tuum gloriosum
per cuncta saeculorum
saecula.
- 3 b. Nostra spectans
lamenta digna
pro culpis multis.
- 4 b. Nam venit in hunc mundum,
nasci dignatus
per virginem,
- 5 b. Intra paenitentiam.
- 6 b. Veniam nostris, tu Deus,
dare digneris peccatis
- 7 b. Tuis ac facias
dignos conspectibus,

Miss. ms. Metense anni 1321. Cod. Meten. 133. — 1 a, 2 ac. — 1 b, 2 sq.
in eius. — 2 a, 2 iustus patiens.

37. De Corpore Christi.

1. Ave, verum corpus natum
De Maria virgine,
- 2 a. Vere passum, immolatum
In cruce pro homine,
- 3 a. Immolaris in altari
Sub panis velamine,
- 4 a. Esto nobis praegustatum
Mortis in examine
- 5 a. O dulcis, o pie Christe,
Regum rex et Domine,
- 2 b. Cuius latus perforatum
Vero fluxit sanguine.
- 3 b. Et sub vino degustaris
In sacrato calice.
- 4 b. Cunctos hostes depellendo
Tuo sancto flamme.
- 5 b. Qui cum patre semper regnas
Et cum sancto flamme.

Miss. ms. Franciscanum (Corvinus) saec. 15. Cod. Vatican. Urbin 110. —
Die Überschrift lautet: „In festo corporis et sanguinis Domini nostri Iesu
Christi Sequentia“.

38. De Corpore Christi.

- 1 a. De Christi corpore
Tanta sollemnia
Sollemni decore
Colat ecclesia,
Mundoque pectore
Solvatur gloria
Tam mundo corpori.
- 1 b. Hoc est cibarium
Vere reficiens,
Panis caelestium
De caelo veniens,
Christi martyrium
Infigi faciens
Devoto memori.

2 a. Hic panis gloriae,
Hoc vitae pabulum
Perennis patriae
Dans habitaculum,
Sic cibo gratiae
Saginat famulum,
Quod non esuriet.

3 a. Haec carens carie
Caro dignoscitur,
Cuius munditie
Munda mens alitur;
Agnus cottidie
Mundus hic oritur
Mundans a vitio;

4 a. Esus a pluribus
Semel vel saepius
Unus est omnibus,
Idem, non aliis;
De tot edentibus
Nullus est amplius
Sed quisque pariter.

5 a. Sane per omnia
Non est res similis
Manna, post spatia
Res erat labilis;
Sed Christus hostia
Incommutabilis
Manet in saecula.

2 b. Hic cibus caelicus
Sub lege latuit,
Sed iam angelicus
Panis enituit,
Iam rex pacificus
Se panem praebuit,
Ut pace satiet.

3 b. Qui, licet iugiter
Fiant mysteria,
Sua totaliter
Stat in substantia,
Totus aequaliter
In caeli regia,
Totus altario.

4 b. Quod clausum tenuit
Manna, iam reserat,
Nam plus non habuit,
Qui plus collegerat;
Aequa distribuit,
Quod aequa dederat,
Aeternus arbiter.

5 b. Cuius perpetui
Panis et sanguinis
Sic mensa perfri
Nos det fons luminis,
Ut stolis indui
Possimus geminis
Post haec curricula.

Miss. Hispalense imp. Hispali 1507. A. — Missale Toletanum imp. Burgis 1512. B. — 2 b, 4 emicuit B. — Str. 3 sqq. fehlen B. — 3 a, 2 dinoscitur A. — Offenbar das gleiche Schema wie „Aeterni numinis | Mater et filia“. — Diese Sequenz findet sich auch im Miss. Cordubense, imp. s. l. [Ioh. Cronberger] 1525, mit 6 Halbstrophen.

39. De Christo Domino.

1. Dulcissime Iesu,
qui de caelo descendisti
et vitam mundo contulisti,

2 a. Legam de te,
scribam de te,
quaeram te,
cantem de te, laudem te,
Iesu, puer dulcissime.

2 b. Nam suavis
es et mitis,
humilis
plenusque virtutibus,
fili Dei altissime.

- 3 a. Multum dimittis
multum amanti
nec postea
te deserenti;
- 3 b. Qui te reliquit,
heu, quid hic facit?
qui te invenit,
eia, quid habet?
- 4 a. Illum profecto tenet et habet,
qui caelum, terram
ut Deus regit,
ut homo miro modo
praesaepe
quasi pauper praeelegit.
- 4 b. O venerabile praesaepium,
in quo servatur
mundi pretium!
Nunc latet, nunc tacet;
tunc scietur,
cum pro multis expendetur.
- 5 a. Haec sunt deliciae
fidelis animae
saepe mente recolere
humilia tua,
Iesu Christe;
- 5 b. Haec sunt reliquiae
piae memoriae,
quas devote recolere
in absentia tua
vis, Domine.
- 6 a. Iam oportet me gaudere,
nam damnatus pro scelere
eram et clausus
taetro carcere,
sed Iesus venit
cum claro lumine.
- 6 b. Nudus eram nec sciebam,
claudicabam et languebam
et ad me dignatus
es descendere,
Iesu clemens et
caelestis medice.
- 7 a. Bone pastor, multum nos
amasti,
quibus, Iesu, praeparasti
ab aestibus umbraculum.
- 7 b. O Iesu, clarissimum
speculum,
splendens per totum saeculum,
tu nostrum es remedium.
- 8 a. Quidni ego dolerem,
Iesu bone,
si non venisses et aegrotum
visitasses.
- 8 b. Nunc vero et gaudebo
in te, Iesu,
meo Deo, et servus tuus
semper ero.
9. Laus tibi, Iesu benigne,
et amoris tui igne
accende me,
ut semper amem te.

Process. ms. Schonenbergense anni 1530. Cod. Dr. W. Bäumker. —
4 a, 2 terramque. — 4 b, 2 sq. mundi servatur. — 5 b, 1 sanctae reliquiae. —
7 a, 3 Iesum. — Vielleicht ist Vorstehendes ein Reimgebet in Sequenzenform.

40. Die Dominica.

1. Sit iucunda
Deo nostro laus
et vehementer decora,

- 2 a. Quam concedit copiosa
cantari sibi gratia.
- 3 a. Qua nos fecit et a poena
redemit summa,
- 4 a. Parcens nostra,
et a morte pessima
- 5 a. Nempe clara mente summa
necnon et concordissima
- 6 a. Sit benedicta
semper unitasque inclita,
quae gratis
nostra pellit mala
- 7 a. Efferatur ergo ita
mens unanima,
- 8 a. Poscens, quo in nobis coepta
[sint] consummata,
9. Laudemus eum in saecula.
- 2 b. Dicatur ei gratia
semper et pangatur nostra,
- 3 b. Debita dimittens cuncta
et piacula
- 4 b. Eruit atra
confringendo infera.
- 5 b. Illum vox collaudet nostra
atque psallat humillima.
- 6 b. Et tanta bona
largitur nulla per merita
sed sola
pietate sua.
- 7 b. Ut de multis fiat una
illum cernua
- 8 b. Ut quandoque terminata
praesenti vita

Martyrologium ms. Modoitense (?) saec. 9 ex. Cod. Capit. Veronen. XC
(85). — 2 b, 1 sq. semper gratia. — 6 b, 1 sq. largitur bona. — 7 b, 1 viat
ita? — 8 a, 2 consumma. — 8 b, 2 praesentis.

41. Die Dominica.

1. Gloria resonante cymbalarum ecclesiae prorumpat sic vox dulcisona :

- 2 a. Sit laus vernans
tibi, Christe, semper
decus atque rutilans
- 3 a. Pollens verbigena,
formam qui clemens
homiferam
- 4 a. Et clara propagasti
stirpe orbis
per lustramina
- 5 a. Hinc rogo
crucis per stigmata
atque fluenta
per rosea,
- 2 b. Luciferi
ante ortum, canna
canit ut Davidica.
- 3 b. Sumpseras, quam crucis
ara portavit,
ara sacra,
- 4 b. Me ecclesiam, spreta
synagoga
errorivaga.
- 5 b. Quos tibi
filios procreo,
reple gratia
caelifua,

- 6 a. Fide armifera,
mala anguifera
6 b. Quo vincant, curia
et in stelligera

7. Diva per saecula
laetentur corona.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10/11. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop.
ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Collegii Corporis Christi Cantabrigens. 473.
B. — Titulus: Floratum. — 1, 3 prorumpet. —

42. Die Dominica.

- 1 a. Consona, caterva,
plaudente sacri
concentus camoena,
1 b. Modulis dulcibus
arguta vocis
organa declarans,
- 2 a. Praepollentem regem
in clara
laude salutans,
2 b. Hymnifera voce
inquiens:
Salve, maiestas
- 3 a. Excelsa, quae creata
omnia per diutina
regis saecula.
3 b. Maneat benedicta
ac semper ineffabilis
virtus tua.
- 4 a. Et leniter lambens
fidei vestigia
sacrata
4 b. Lacrimarum fusis
precibus clementia
exora,
5. Quo crimina
abstergat
clemens tua.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10/11. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop.
ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Collegii Corp. Christi Cantabrigens. 473.
B. — Titel der Sequenz: Tractus.

43. Die Dominica.

1. O alma
2 a. Dies dominica,
praeclara
atque perspicua,
2 b. Cunctis christicolis
optata
praeferens otia!
- 3 a. Chromata cuncta
per te relabuntur
rite connumerata;
3 b. Idem quoque prima
namque et octava
manent reciprocata.
- 4 a. Tu inter cuncta
revoluta
dierum tempora
4 b. Numinis clara
distinctaque
tenens primordia.
- 5 a. Rerum creator in te
„Lux“ inquit „fiat“,
5 b. Cuius ad nutum constat
protinus orsa.

- 6 a. Est enim ipsa,
in qua Gabriel,
ille magnus caelicola,
- 7 a. In te Arabica
et Sabaea Christo dona
sunt oblata
ad cunabula,
- 8 a. Et ut tantum potissima
- 9 a. Resurrexit in te vera
redemptio nostra.
- 10 a. Tu es ipsa,
quae erit ultima,
in qua tunc terribilia
patrabuntur iudicia;
11. Quo audita
voce benigna
capiamus gaudia
aeterna per saecula.
- 6 b. Detulit nempe
sanctae virginis
salutaria nuntians.
- 7 b. Nec non Iordanica
lotus unda Christus vita
in Lyaeum
convertit lympham.
- 8 b. Memorentur paeconia:
- 9 b. Sanctum neuma unxit in te
fidelium corda.
- 10 b. In qua sua
Christus clementia
nos locet inter agmina
electorum ad dexteram,

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. —
3b, 1 sq. primaque nam. — 5b, 1 nutu. — 6a, 1 Est en in ipsa. — 6b, 2
virginis. — 10a, 2 eris.

44. Die Dominica.

- 1 a. Laudans, caterva,
iubila
symphoniacas,
- 2 a. Lyrica
resonet cymbala
in die dominica,
- 3 a. Et nos iubilemus Deo,
qui est recolendus octava
et prima,
Ut mereamur eum
intuere in saecula,
- 4 a. Et potum mortis
[in cruce]
biberat,
qui in die dominica
evigilat,
Salvare cunctas animas
quaerens squaloribus
perditas,
- 1 b. Dulce concrepans
organa
simul vox nostra
- 2 b. Neumata
decantent Gloria
in hac die festalia.
- 3 b. Qui requievit sepultus
et dira vastat infernorum
tartara,
Et cuncta redemit in
sancta die dominica;
- 4 b. In qua lux occurrat
octava
et prima,
revolvendo per omnia
tempora.
Te deprecamur, hagie,
ut noxam minuas
catervas,

- 5 a. Ut modulemus Alleluia
herile dominica;
- 5 b. Sit tibi laus in saecula
et pax plebi in arva.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capitul. Mutinen. O I N 7. —
1 a, 1 Laudant. — 1 b, 1 Concrepant. — 2 b, 3 Auch die Melodie hat eine
Note Überschufs. — 3 a u. 3 b umgestellt. — 3 a, 1 Domino. — 3 b, 5 sata. —
4 a, 7 quae est squaloribus. — 4 b, 1 Auch in der Melodie entfällt auf „In“
eine überschüssige Note. — 4 b, 7 nox aminuas. — 5 b, 1 saeca.

45. Die Dominica.

1. Alme pater,
Deus omnipotens,
- 2 a. Qui cuncta in principio
creasti sidera,
- 2 b. Angelorumque agmina,
ut essent lucida,
- 3 a. Petimus et nos, ut
mereamur sublevari
ad aethri regna
- 3 b. Et eorum fulti
munitionibus illis
canamus bona,
- 4 a. Quae promisisti tibi
credentibus;
quod ne qui praeripiant
miseri,
- 4 b. Humana quae per acta
perpetrata
sunt, indulgens omnia
nobis des

5. Veniam.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelie. 123
(B III 18). — 3 a, 2 sq. ad aethra sublevari. — 3 b, 1 fulta. — 4 a, 3 per-
cipent. — 4 b, 1 Humana atque per. — 4 b, 2 perpetraste.

46. Die Dominica.

1. Venite pusilli
simil et magni;
- 2 a. Tollite oculos
nimium ad aethera
- 2 b. Deflentes propria
delicta nutantia,
- 3 a. Supplicantes piam
clementiam
salvatoris almam,
- 3 b. Ut salvet pius
ac gubernet,
ingratos protegat,
- 4 a. Flectens piam
aurem ad preces
famulorum devotas,
- 4 b. Ut fidelis
mente psallentes
tibi semper concinant.
- 5 a. Iamque imploremus,
ut veniat
super nos palma,
- 5 b. Iamque deprecemur,
ut det nobis
collata praemia.

- 6 a. Christe, redemptor,
O dominator,
pasce oviculas
tuas, pro quibus
de superni
patris gremio venisti,
descendisti ad ima.
- 6 b. Nostra salutis
Auctor effectus
salve plasma tua,
quae olim serpens
devicerat
~~~~~  
suadendo dulcia.
- 7 a. Ne quando possit  
capere creaturam  
tuam, Domine,  
quam formasti in  
laudem tuam.
- 7 b. Tu enim olim  
creator, nunc autem  
et liberator,  
largire devotis  
praemia.
- 8 a. Iam resonant  
voces in excelso,  
iam perstrepunt  
organa devota  
tibi canentes, Christe,  
rex pie,  
rex aeternae gloriae,  
genitus ante saecula.
- 8 b. Iungantur nunc  
voces famulorum  
cum electis  
choris angelorum  
simul cum virtutibus,  
cum thronis,  
Cherubim ac Seraphim  
ante thronum ardentia,
- 9 a. Exsultantes cum illis  
semper et laetantes  
in caelorum regna,
- 9 b. Gaudentesque cum sanctis,  
qui nos praecesserunt,  
in aeterna vita.
- 10 a. Iam securi de tormenta
- 10 b. Iamque laeti de praemia
- 11 a. Sine fine  
perfruuntur  
angelorum manna,
- 11 b. Quod est Christus,  
Deus noster  
regnans in saecula.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 128 (B III 18). — 3b, 2 atque. — 6a, 6 entbeht in der korrespondierenden Klausel eines Gegengliedes; vielleicht zu lesen: de supernis | descendisti ad ima. — 6b, 1 O nostrae. — 8b, 7 ac fehlt. — 8b, 8 sociante thronum. — 10b. In der Hs. kein Alinea; die auffallenden Formen „tormenta“ (10a) und praemia (10b) sind als echt verbürgt durch die stets gewahrte Endassonanz in a. — 11a, 1 perfruantur.

#### 47. In Missa Defunctorum.

- 1 a. Deus magnus et immensus,  
Quem nullius capit sensus.
- 1 b. Deus iudex aequitatis  
Cum unguento pietatis,
- 2 a. Verbum cuius fuit oris:  
Nolo mortem peccatoris,
- 2 b. Sed ut magis convertatur,  
Quam in culpa moriatur.
- 3 a. Qui latroni pepercisti  
Et Mariam exaudisti,
- 3 b. Qui latroni iam fideli  
Promisisti regna caeli.
- 4 a. Regna huic dones illa,  
Ubi cuncta sunt tranquilla,
- 4 b. Et post ista fugitiva  
In aeternum vita vivat.
- 5 a. Qui salvasti Magdalenam,  
Omni pravitate plenam,
- 5 b. Animam huius defuncti  
Libera de omni poena.

- 6 a. Qui de sinu summi patris  
De supernis descendisti
- 7 a. Tu labores miserorum  
Pertulisti peccatorum  
Lactatus matris ubere;
- 8 a. Saepe flesi propter oves,  
Quas tu, pastor, bene foves  
Et fers errantes umeris;
- 9 a. Dum in mundo conversaris,  
Pie Iesu, medicaris  
Orbos, surdos, claudos sanans,
- 10 a. Post per manus tuae gentis  
Saevis datus es tormentis  
Iudicandus homo-Deus;
- 11 a. Cuius corpus sepulturae  
Datum, iacens satis dure,  
Surrexit die tertia,
- 12 a. Unde veneras, reversus,  
Ad nos oculos conversus  
Promissum dans paraclitum;
- 13 a. Per haec omnia precamur  
Te, quem proni veneramur,  
Has audi preces, Domine,
- 14 a. Da ei remissionem  
Et per sanctam passionem  
Tuam placidam requiem,
- 15 a. O Maria, dulcis mater,  
Quam elegit summus pater,  
O angelorum domina,
- 16 a. O patrona peccatorum,  
Consolatrix defunctorum,  
Mater pia, subvenias;
17. Ducas eum ad caelorum  
Regna, mater, ut sanctorum  
Sancta quiescat in pace.
- 6 b. Et in alvo castae matris  
Carnem nostram assumpisti,
- 7 b. Sitim, soles, frigus una  
Suffers et membra . . .  
Baptizatus in lordane.
- 8 b. In deserto pertentatus  
Vincis hostem, Deus natus,  
Nostrae salutis aemulum.
- 9 b. Caecis lumen, vitam donas  
Vita functis, et condonas  
Reatus paenitentibus.
- 10 b. Duris spinis coronatus,  
Dirae cruci conclavatus  
Fundis cruentum latere.
- 11 b. Fractis vectibus inferne  
Vincis scandis et superne  
Triumphum ducens nobilem.
- 12 b. Iudex crederis venturus,  
Iesu, cuncta discussurus  
Remunerator opera.
- 13 b. Miserere, Iesu care,  
Quem deflemus sic amare  
Hodie functum saeculo.
- 14 b. Ut terrestribus purgatus,  
Tua gloria beatus  
Sic vivat in caelestibus.
- 15 b. Supplicamus, deprecare  
Pro defuncto, cui dare  
Tuam digneris gratiam.
- 16 b. Tuis precibus succurras  
Et agminibus concurras  
Supernis huic obviam.

Miss. Gallicano-Siculum imp. Venetiis 1568. — 3 a, 2 Diesem Verse wird noch beigefügt: Mihi quoque spem dedisti. — 5 a, 2 bonitate. — Der Str. 6 a geht voraus: Victor mortis Iesu Christe. — Nach 6 b, 2 ist angehängt: Salus futurus (1). — 9 b, 3 Reatus et. — 11 b, 1 inferne wohl eine Adverbialbildung. — 12 b, 3 Remuneratur. — 14 b, 2 Tuam gloriam. — Die zwei ersten Strophen sind gleich dem Anfange der „Oratio paenitentis“, die Anal. XV, Nr. 234 mitgeteilt ist; ob von dort entlehnt?

II.

# D E B E A T A.

---



#### 48. In Conceptione BMV.

- 1 a. Laetabundus  
Mariae concinat mundus  
Alleluia,
- 2 a. Cordi qui huic se novit,  
Si ecclipsim amovit  
Sol de stella,
- 3 a. Sicut labens salvatur,  
Qui, ne cadat, iuvatur  
Pari forma,
- 4 a. Horret legem inferni  
Vis foederis materni  
Valle nostra,
- 5 a. Manent principalia,  
Cessant accessoria,  
Mors, partus et alia  
Esse caeca.
- 6 a. Infelix, propera  
Concedens cetera,  
Cur matrem sordes,  
gens misera?
- 1 b. Cui non obest  
Obex morsus pomil; nec est  
Res miranda,
- 2 b. Si Satan non agnovit  
Caro, quae Deum fovit,  
Semper clara.
- 3 b. Haec lapsu praeservatur  
Nec casu, cui mors datur,  
Fit corrupta.
- 4 b. Qua Satan debet sterni,  
Qua Deus debet cerni  
Carne sumpta.
- 5 b. Pomi fuit filia  
De iure, sed gratia  
Praerogat dextra dia  
Haec praedicta.
- 6 b. Auroram in sphaera  
Vernam considera,  
Quam soli parat  
mens libera.

Miss. ms. S. Maturini Parisien. anni 1510. Cod. Parisin. Mazarin. 430 (233). — 1a, 2 concinat chorus. — 2a, 1 huic einsilbig zu lesen, wie auch „cui“ (3 b, 2). Ich konstruiere: Nec est res miranda, si (= quod) sol, qui huic cordi se novit (lies: vovit?), ecclipsim amovit de stella, [et] si caro Satan[am] etc. — Melodie natürlich: Laetabundus.

#### 49. In Conceptione BMV.

- 1 a. Matris Christi festivare  
Conceptionem paeclare  
Nititur ecclesia.
- 1 b. Huius diem honorare,  
Elemsynis ornare  
Coguntur fidelia.

- 2 a. Haec in lucem progressiva  
Veri solis productiva  
Fuit sine semine.
- 3 a. Quod haec dies celebratur  
Et a cunctis veneratur  
Veris tabernaculis,
- 4 a. Tempore, quo debellata  
Et a malis extirpata  
Anglia extiterat,
- 5 a. Thracos esse conturbatos,  
Sic a patria privatos,  
Abbatem direxerat.
- 6 a. Vento sibi occurrente,  
Quod de malo imminente  
Corporis auxilium
- 7 a. Abbat sic in dolore  
Existenti et terrore  
Vir sic dicens properat,
- 8 a. Diem si mihi promittis,  
Tui, quod hoc non dimittis,  
Erit liberatio.
- 9 a. Tempore Karoli Francorum  
Quidam iussu amicorum  
Desponsari voluit.
- 10 a. Hac de causa, mater Christi,  
Sacerdotem, dum venisti,  
Morti datum redemisti  
Daemonum consortio
- 11 a. Erubescant nunc insani  
Omnes saltem Christiani  
Existentes ita vani,  
Cernentes hoc meritum,
- 12 a. Digna mater, virgo pia,  
Iesu Christi, o Maria,  
Si qua nobis sint ebria,  
Rege nos in vitae via  
Huius a penuria,
- 2 b. Adae culpae expulsiva,  
Verae vitae promissiva  
Nobis est egregie.
- 3 b. Hoc in libro declaratur  
Et Anselmus protestatur  
Eius in miraculis.
- 4 b. A Wilhelmo Normannorum  
Duce, regente Anglorum  
[Regnum], cum didicerat
- 5 b. Illuc ventus prosperatim  
Et cunctis peractis statim  
Ad sua revexerat.
- 6 b. Linquunt, animarum curam  
Committentes Deo puram  
Maris per exsilium.
- 7 b. Qui matris redemptionis  
Hunc suae conceptionis  
Se coletem noverat:
- 8 b. Quo spondente ventus cessit,  
Alibi sic innotescit  
Eius celebratio.
- 9 b. Huic apparet Christi mater:  
Si me cupis, linque, frater,  
Hanc, quae tibi notuit.
- 10 b. Iubens tuae celebrare  
Conceptionis firmare  
Diem et hoc praedicare  
Abiecto divortio.
- 11 b. Quod de caelo est egressum  
Et fidelibus concessum,  
Ut in libris est expressum,  
Delens sic interitum.
- 12 b. Ut ad regnum tui nati  
Pervenire perpetrati  
Per te simus sibi dati,  
Ubi conregnant beati  
In caelesti curia.

Orat. et Sequent. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. —  
5b, 1 Illic. — 7b, 1 Si matri. — 7b, 3 Te. — 11a, 4 Spernentes. — 12b, 5  
caelestia. — Melodie offenbar: Laudes crucis attollamus.

50. In Nativitate BMV.

- 1 a. Flos de spina procreatur,  
Flos, qui nullis asperatur  
Spinis, sed qui venustatur  
Candore purissimo.
- 1 b. Flos mundus, flos speciosus,  
Flos purus, flos pretiosus,  
Suavis et copiosus  
Nectare dulcissimo.
- 2 a. Spina fuit Hebraeorum  
Populus, ex carne quorum  
Sed ex stirpe meliorum  
Flos traxit originem.
- 2 b. David rex inclitus fuit,  
Cuius radix exhibuit  
Florem istum, ut decuit  
Tam praeclaram virginem.
- 3 a. Quam figurae signaverunt,  
Quam prophetae praedixerunt,  
Lex et psalmi cecinerunt,  
Hac in die nascitur.
- 3 b. Sit procul infidelitas,  
Iubilet mentis puritas,  
Nam Mariae nativitas  
Hodie recolitur.
- 4 a. Haec est virga stirpis piae,  
Porta clausa, laus sophiae,  
Haec est sibilus Eliae,  
Ibi nempe Dominus.
- 4 b. Mons a Daniele visus,  
De quo lapis est excisus,  
Emanuel indivisus,  
Per quem mortis terminus.
- 5 a. Haec est nebula festinans,  
Universa medicinans,  
Vitae praemia propinans  
In partu puerpera.
- 5 b. Fons aquarum viventium,  
Fons hortorum fertilium,  
Nutriens regem omnium  
Virginali ubere.
- 6 a. Haec est nardus pretiosa,  
Haec est vitis generosa,  
Haec est Rachel speciosa  
Verum Ioseph pariens,
- 6 b. Qui nos vitae cibo pavit,  
Se in potum propinavit  
Vita, morte mortem stravit  
Pro iniustis moriens.
- 7 a. O Noemi, si novisses,  
Si perfecte didicisses,  
Quod ex tua debuisses  
Ruth talem accipere,
- 7 b. Progeniem siluisses  
Nec redditum suasisses  
Totiens nec intulisses:  
Filia, revertere.
- 8 a. Ruth meruit mater esse  
Obeth, qui genuit Iesse,  
Qui David, cuius sedes se  
Semen Deus habuit,
- 8 b. Cum in utero Mariae  
Iuxta voces prophetiae  
Isaiae, Ieremieae  
Verbum carnem induit.
- 9 a. Virgo summum creatorem  
Hominumque redemptorem  
Suum traxit in amorem  
Casta pulchritudine;
- 9 b. Quem capere nequierunt  
Caeli, claustra concluserunt  
Virginis et conceperunt  
Sine viri semine.
- 10 a. Norma morum, o Maria,  
Spes lapsorum, vitae via,  
Placa Deum prece pia  
Nobis peccatoribus.
- 10 b. Per nativitatem tuam  
Dona nobis continuam  
Caritatem et mutuam  
Pacem te laudantibus.

Orat. et Sequent. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. —  
2 b, 4 Dei virginem. — 5 b, 4 verbere. — 10 b, 2 Da.

51. In Nativitate BMV.

1. Exsultantes iubilemus,  
Iubilantes decantemus  
Alleluia.

- 2 a. Dulcis lira resonet,  
Dulces sonos intonet,  
Melodiam modula.
- 2 b. Non vox vitam suffocet,  
Sed utraque collocet  
Se sub laude tinnula.
- 3 a. Illa namque maris stella,  
Quae est mater et puella,  
Hodie exorta est.
- 3 b. Anna prius infecunda  
Fecundarum spem ex munda  
Subole adepta est.
- 4 a. Ioachim improperatus  
Confortatur, visitatus  
Ab angelo caelitus,
- 4 b. Fieri se patrem gaudet  
Patribusque pater audet  
Se iungere penitus.
- 5 a. O felix nativitas,  
Qua deletur caecitas  
Occumbentis saeculi.
- 5 b. Angelo praemonita  
Nobis fide cognita  
Gaudeamus singuli.
- 6 a. Iam turget, pullulat  
Uterus, baiulat,  
Generat virgulam;
- 6 b. Iamiam fert lolium  
Ligustri folium,  
Tribulus gemmulam.
- 7 a. Spina rosam exserit,  
Rosa spinam conterit  
Divina gratia.
- 7 b. Illud esse deserit,  
Quod naturae suggerit  
Pungere nescia.
- 8 a. Spina pungens et crudelis  
Est Iudea infidelis,  
Adhuc legi subdita.
- 8 b. Rosa vero generalis  
Illa virgo specialis,  
Christi mater inclita.
- 9 a. Quae procedens hodie  
De spina perfidiae  
Transit ad iustitiam,
- 9 b. Synagogam deserens,  
Dira legis conterens  
Reserat ecclesiam.
- 10 a. Ave, virgo praeelecta,  
Peccatorum spes dilecta,  
Fecunda sancto spiritu.
- 10 b. Virgo constans ante partum  
Et in partu et post partum  
Salvo pudoris habitu.
- 11 a. Stella maris appellaris  
Et regina singularis  
Caeli, terrae domina.
- 11 b. Nostris semper memor esto,  
Laeta quorum in hoc festo  
Tibi psallunt agmina.
- 12 a. Actio quos urget,  
tua nos miseratio purget,
- 12 b. Ut pia per merita  
fungamur caelibe vita.

Grad. ms. Arnoldi saec. 13 in. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. A. —  
Prosar. et Hymn. ms. Marchianense saec. 15. Cod. Duacen. 123. B. — 2 b, 3  
laude fehlt B. — 4 a, 1 improbatus B. — 5 a, 3 Accubentis B. — 7 a, 2  
Spinam rosa B. — 7 b, 3 Pueris genescia A. — Vor Str. 8 schiebt B er-  
klärend ein: Significative | Et admirative | Haec sunt dicta. — 8 b, 3 Mater  
Christi B. — 9 a, 1 Ave procedens B. — 11 a, 1 appellaris fehlt B. — 12 b, 1  
Et B.

52. In Nativitate BMV.

- |                                                                                                      |                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Virgo, splendor aetheris,<br>Dies novi sideris,<br>Hac in die nasceris ;<br>O felix nativitas ! | 1 b. Ortu tuo, domina,<br>Caeli gaudent agmina,<br>Mundi plaudet machina ;<br>O felix nativitas !        |
| 2 a. Nasceris, ut varias<br>Illustres ecclesias<br>Per illustres gratias ;<br>O felix nativitas !    | 2 b. Te nascente nascitur<br>Fons, a quo diffunditur,<br>Quidquid boni noscitur ;<br>O felix nativitas ! |
| 3 a. Iam tu nedum veteris<br>Adae salus nasceris,<br>Sed et nostri generis ;<br>O felix nativitas !  | 3 b. Tuus ortus inclitus<br>Facit, ut [sit] redditus<br>Caeli nobis aditus ;<br>O felix nativitas !      |
| 4 a. Quid moror ? Fons hodie<br>Nascitur laetitiae<br>Totiusque gratiae ;<br>O felix nativitas !     | 4 b. Ut hanc aernaliter<br>Collaudemus pariter,<br>Verbum datur iugiter :<br>O felix nativitas !         |

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. — 2b, 3 nascitur. — 3a, 2 nosceris. — 3a, 3 nostra. — 4a, 1 Quid memor. — 4b, 3 Verbi. — Das gleiche Schema wie bei der Sequenz „Ex agone sanguinis“; hier wie dort bildet den Schluss jeder Halbstrophe eine Art Rundreim, in der Schlussstrophe bilden sogar die gleichen Worte den Reim.

53. In Desponsatione BMV.

- |                                                                                                   |                                                                                                       |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Collaudemus cum canticis<br>Coniugium virginale,<br>Quod commercium carnale<br>Non pertulit,   | 2 b. Uxor Ioseph concipiens<br>Carne sola, praeter thorum<br>Non solius sed amborum,<br>Non pluribus  |
| 2 a. Quia filium protulit,<br>Virgo mater vocat virum<br>Virginem per modum mirum<br>Consentiens. | 3 b. Columba missa caelitus<br>Supra virgam certum signum<br>Dedit Ioseph fore dignum<br>Prae ceteris |
| 3 a. Sed communi coniugibus<br>Lege matrimoniali<br>Vir datur uxori tali<br>Divinitus.            | 4 b. Virgo suscipit virginem<br>Sub foedere nuptiarum,<br>Qui traxerunt genus clarum<br>A regibus,    |
| 4 a. Coniugio mulieris,<br>Supra facultatem rerum<br>Pariturae Deum verum<br>Et hominem.          |                                                                                                       |

- 5 a. Uxor a sacerdotibus  
Clara sacerdotem gignit,  
Regem quoque, qui praesignit  
Coniugium,
- 6 a. Et parentibus subditum ;  
Creatorem creatura  
Suscepit in sua cura  
Fideliter.
- 7 a. Coniugatis pauperibus  
Sed iustis hoc dedit donum,  
Ut haberet omne bonum  
In unico
- 8 a. Coniugem plenam onere,  
Quod nomen dedit descriptum  
Censum solvens; in Aegyptum  
Non distulit
- 9 a. Quo adire non deserens  
Audivit caeli cantores,  
Magos vident pastores  
Cum gaudio
- 10 a. Parvo pretio virginum  
Redemptus; en, invenitur  
Duodenus, custoditur  
In pretium.
- 11 a. Textrix pauperi subditur;  
Fabro praesidet regina,  
Utrisque proles divina  
Se subicit.
- 5 b. In quo se praebet filium  
Omni procul a cubili  
Sine semine virili  
Progenitum
- 6 b. Deus paret humili[ter],  
Uxor parit genitorem,  
Vir suis alit rectorem  
Laboribus.
- 7 b. Omnibus iustis publico;  
Quod circumcidens vocavit  
Vir Iesum nec dubitavit  
Accipere
- 8 b. Ire, quem furor compulit  
Herodis, matrem et natum  
Portans per Dei mandatum,  
Post referens.
- 9 b. Dantes decus praesaepio,  
In quo fuit reclinatus  
Puer, mox in templo latus  
Ad Dominum,
- 10 b. O felix matrimonium !  
Nulla tale tulit aetas,  
Quod supra naturae metas  
Deducitur.
- 11 b. Quos nunc in caelo reficit  
Uxorem, matrem coronans,  
Imperium orbis donans  
Sublimiter;
12. Alumno dat feliciter  
Perfrui se cunctis horis,  
Ubi Deum iunctis choris  
Collaudemus cum canticiis.

Miss. Carnotense imp. Parisiis 1511. — 2a, 2 Virgo Maria. — 9a, 1 adiri; statt deserens 1. differens? — 12, 1 datur. — Man beachte das Enjambement des Reimes.

#### 54. In Annuntiatione BMV.

1. Ave, praeclara,  
virgo pura,  
quam Deus elegit,  
Maria, gratia replevit,

- 2 a. Paritoram natum,  
quem nasciturum  
oracula vatum  
olim mundo praedixerunt,  
eiusque adventum  
desideraverunt,
- 2 b. Caelos ut inclinans,  
ima visitans  
liberet captivos  
in umbra mortis detentos  
et ad superna  
ducat redemptos.
- 3 a. Hanc novitatem  
Gabriel nuntiaturus,  
missus a summo Deo,  
intrat civitatem  
nomine Nazareth;
- 3 b. Virginem divam,  
viro Ioseph despontatam,  
at virile thorum  
nunquam cognitaram,  
benigne salutat.
- 4 a. Ave, Maria,  
plena, inquit, gratia,  
benedicta tu in mulieribus,  
salutem namque paries  
credentibus.
- 4 b. Haec cum audisset  
virgo prudentissima,  
ex alloquo angeli turbatur,  
sed ab angelo blande  
consolatur.
- 5 a. Ne timeas,  
inquit, o Maria  
quia invenisti gratiam;  
en, concipies  
prolem deicam  
in tuo utero  
et paries,  
vocabisque nomen eius Iesus,  
quia salutem allaturus  
est humano generi.
- 5 b. Hic erit magnus  
namque et potens  
diceturque altissimi proles,  
dabitque illi  
Dominus Deus  
sedem David patris (eius),  
et regnabit  
in domo Iacob in aeternum,  
eiusque regni non erit  
finis sempiterni.
- 6 a. Ad haec verba tam amoena  
respondit virgo serena:  
Quonam pacto potest id fieri,  
quoniam non novi  
virilis thori  
consortium,  
sed castam me Deo vovi?
- 6 b. Ad Mariam post angelus  
ait: pneuma te replebit,  
altissimi virtus obumbrabit,  
quod nascetur ex te,  
id, quia erit sanctum,  
vocabitur  
filius altissimi.
- 7 a. Namque et  
cognata tua  
concepit Elisabeth,
- 7 b. Prolemque  
suo utero  
anus sterilis habet.
- 8 a. Ad haec virgo mitissima  
angeli verba respondit  
mente promptissima:
- 8 b. Ecce, sum Dei ancilla,  
utinam perficiantur  
in me verba illa.
9. Verbum summi patris  
incarnatum,  
ex virgine  
casta matre natum,  
ne sinas nos in gehennam ire,  
sed fac ad te venire.

Grad. ms. Pragense saec. 18. Cod. Pragen. VII A 18. — 1, 2 Maria virgo pura. — 1, 4 Maria fehlt. — Mel: Ave praeclara maris stella. Der Bau stellenweise nachlässig und gegen die Melodie, namentlich in Str. 5.

55. In Visitatione BMV.

- |                                                                                               |                                                                                                |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Virgini christiferae<br>Toto corde libere<br>Serviat praepropere<br>Plebs devota;        | 1 b. Quae piae cunctis prospere<br>Huic vitae miserae<br>Splendidior sidere<br>Fulget tota.    |
| 2 a. Haec dum Ave suscepit<br>Et Fiat fari coepit,<br>Verbum patris concepit<br>In Nazareth.  | 2 b. Mox montana adiuit<br>Et domum introiit<br>Zachariae, petiit<br>Elisabeth.                |
| 3 a. Ast ubi gradum fixit,<br>Cognatae Salve dixit,<br>Infans in ventre gliscit<br>Exsultare; | 3 b. Miles regem praescivit,<br>Dum matrem erudivit,<br>Ex quo vocem audivit,<br>Exclamare:    |
| 4 a. „O virgo benedicta,<br>Cuius fructus est ita!<br>Unde mihi merita,<br>Ut venires?“       | 4 b. „Non me decet, domina,<br>Ut ancillae limina<br>Per tua solamina<br>Praevenires.“         |
| 5 a. Sed, cum tanta diceris,<br>Humilis efficeris,<br>Quapropter cantaveris<br>Magnificat.    | 5 b. Nunc succurre miseris,<br>Nam, quos visitaveris,<br>Splendor tanti sideris<br>Laetificat. |

Prosar. ms. Caelestinorum anni 1532. Cod. Mazarin. 448 (758). A. — Prosar. ms. Ambianense (Gul. Lovel) anni 1572. Cod. Ambianen. 132. B. — Miss. Romanum imp. Parisiis 1517. C. — Miss. Romanum imp. Parisiis 1523. D. — Miss. Romanum [Franciscanum] imp. Lugduni 1535. E. — 2 a, 2 fari Fiat E. — 2 b, 2 introiit B. — 5 a, 2 Humiles E. — 5 b, 1 Hunc E. — 5 b, 2 Quia quos DE. — Melodie jedenfalls: Mariae praeconio.

56. In Visitatione BMV.

- |                                                                               |                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Lauda, Sion, salvatorem,<br>Qui salutis praecursum<br>Consecravit hodie; | 1 b. Lauda matrem singularem,<br>Quae fert fructum salutarem<br>Dans thema melodiae.    |
| 2 a. Laudis thema specialis,<br>Vox salutis virginalis<br>Grandis efficaciae, | 2 b. Quam dum sentit nondum natus<br>Infans, gestit Deo gratus<br>Nomen habens gratiae. |

- 3 a. Hinc exclamat voce clara  
Mater cana, Deo cara,  
Cognata christiferae,
- 4 a. Hac in die porta patet,  
In qua princeps regum latet,  
Aulae flos virgineae.
- 5 a. Haec est dies veneranda,  
In qua claret admiranda  
Regis incarnatio;
- 6 a. Est inventa baiulare  
Dulcem fructum sine pare  
Florens Levi virgula,
- 7 a. Agnus Dei est emissus  
Ad montem tuae promissus  
Visitator filiae;
- 8 a. Sponsa regis accumbentis  
Nares nardi redolentis  
Demulcet odoribus,
- 9 a. In montana festinanter  
Abit, subit festivanter  
Vatis domicilium;
- 10 a. Dulcis piae vox Mariae,  
Vox salutis, vox virtutis  
Tangit aures, viscera.
- 11 a. En, prophetes nova fatur,  
Quem virum circumplexatur,  
In antiqua praesignatur  
Nova tympanistria.
- 12 a. Ecce, mater, cuius venter  
Est beatus eminenter,  
Cuius fructus permanenter  
Datur merces filiis;
- 13 a. Pia mater, quae cognatae  
Profecisti gravidatae,  
Da nos morum gravitate  
Gratos, pios ordinatae  
Fidei sub regula.
- 3 b. Laudem promit virginis inclitae,  
Fetum prodit fertilis hospitae,  
Clamor paeconiferae.
- 4 b. Regem portat vernula divitem,  
Qui confortat munere militem,  
Stirpis consanguineae.
- 5 b. Rubum cernit inflammatum  
Nec virore depraedatum  
Mira foederatio.
- 6 b. Quem dat ope pressionis  
Rorem vellus Gedeonis,  
Ventris condit conchula.
- 7 b. De radice scandit Iesse  
Virgae decor hinc egressae,  
Plenae flos munditiae.
- 8 b. Gnara sponsi venientis  
Audit vocem salientis  
Trans colles in montibus.
- 9 b. Visitat se seniorem,  
Salutat maior minorem  
Velox ad officium.
- 10 b. Vox cognatae visitatae,  
Vox sonora, vox decora,  
Dei mirans munera.
- 11 b. En, levites prosperatur,  
Trimestri cum quo moratur  
Arca Dei, comitatur  
Totam donum copia.
- 12 b. Hic est ager spiramenti,  
Hic urna delectamenti,  
Hic acervus est frumenti,  
Qui vallatur liliis.
- 13 b. Fac nos, auctor pietatis,  
Milites humilitatis  
Hic mereri cum beatis  
Fructu tuae bonitatis  
Refici per saecula.

Miss. ms. S. Mariae in Capitolio Coloniensi saec. 14/15. Cod. S. Mariae in Capitolio Colonien. s. n. add. saec. 15. A. — Orat. ms. s. Caeciliae Coloniensis saec. 15. Cod. Colonien. 1. B. — 2 b, 2 gessit B. — 3 b, 3 paeconiferae B. — 4 b, 2 militem munere B. — 7 a, 1 Agnus pius est B. — 7 a, 2 tua B. — Str. 11a fehlt B. — 11b, 1 En prophetes B. — 13 a, 3 Grati AB. — Melodie offenbar: Laudes crucis attollamus.

57. In Visitatione BMV.

- 1 a. Virgini immensae  
cantemus honorem  
Vocibus alternis  
memorando tempus,
- 1 b. Quando Dei mater  
ivit ad minorem  
Conficiens tantum  
pietatis opus.
- 2 a. Egrediens miro  
movetur amore,  
Pectus ei magna  
caritas accedit,
- 2 b. Unde tenerrima  
nulli parcens morae  
Montis in excelsum  
festinans ascendit.
- 3 a. Intrat ad ancillam  
regina caelorum,  
Eloquio dulci  
cognatam salutat;
- 3 b. Nec mora, dum sentit  
regem angelorum,  
Clausus adhuc alvo  
Iohannes exsultat.
- 4 a. O pius, o dulcis  
ambarum complexus!  
Una Deo plena  
alteram replevit;
- 4 b. Nam fiunt utrumque  
paracleti nexus,  
Qui cor et affectum  
pariter explevit.
- 5 a. Nunc miseros tandem  
clementer visita  
Atque Iesum nobis  
pacatum ostende,
- 5 b. Virgo, super omnes  
genetrix inclita,  
Sola quidem, per quam  
nati vivunt Adae.

Miss. Lausannense imp. Lausanne 1493. A. — Miss. Lausannense imp.  
Lugduni 1522. B. — 4b, 1 utrumque als kontrahierte Form des gen. plur.  
darf kaum vermerkt werden.

58 a. In Purificatione BMV.

1. Rex laudes Christe nostras  
vultu nunc sereno capias,
- 2 a. Impius  
ne nobis hostis, ut optat,  
noceat;
- 2 b. Pectora  
sed casta spiritus sanctus  
protegat.
- 3 a. Tu, princeps  
pastorum, populum  
bunc iugiter, Petre, serva,
- 3 b. Laxare  
crimina cui datum  
omnia constat humana;
- 4 a. Qui super caerulea  
pergere  
valuisti aequora,
- 4 b. Obtentu tuo praesta,  
crimina  
ne nos premant gravia.
- 5 a. Ave, virgo Maria  
virginum, colenda,  
Facta luminis porta  
fulgida filiique  
gravida creantis  
omnia.
- 5 b. Et nostra memor esto,  
poscimus, domina,  
Rebus malis expurga,  
carminis nostri odas  
et libens a nobis  
audias.

- 6 a. Nam Michaelis magna  
sunt suffragia  
nobis per aevum imploranda
- 7 a. Pulsisque iam torporibus,  
Christe sancte,  
te poscimus, hostem praesta  
vincere posse, nullus  
ne nostrum pereat,
- 8 a. Iesu, tergere dignare  
animo mala
- 9 a. Patri gloria, laus  
et honor permaneat
- 6 b. Spiritus atque omnis  
Christo famulantis  
vatum et poli beata.
- 7 b. Ut valeamus spiritu  
paraclito  
dante vitare futura  
tartari saeva maris  
data supplicia.
- 8 b. Et, ut te, plebi largire  
ignea dona.
- 9 b. Cum spiritu una  
potestas prole quoque beata

10. Per cuncta saecula.

Grad. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. A. — Antiph. et Grad. ms. Nivernense saec. 22. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — 2 a, 2 hostias A. — 3 b, 3 constant B. — 4 a, 2 sq. valuisti pergere AB. — 4 b, 1 Obtenta A. — 4 b, 2 crimen A. — 4 b, 3 premant gaudeant A. — 5 a, 4 filioque A. — 5 b, 1 nostra AB. — 5 b, 4 notu odas A. — 5 b, 5 bibens A. — 6 a, 1 Lies: Iam (?) 6 b, 1 omnia B. — 6 b, 2 famulantia B. — 6 b, 3 natum (vielleicht = natorum?) AB. — 7 a, 1 temporibus AB. — 7 a, 4 poscit B. — 7 a, 5 nostra AB. — 7 b, 4 tartarei B. — Melodie: Caelica resonant clare resp. Christi hodierna pangimini. Abgesehen von der Einleitungsklausel decken sich alle Klauselpaare nebst den Zeilen in der Silbenzahl vollständig genau mit der Sequenz Caelica resonant (Anal. VII, Nr. 21); hier wie dort ist am Schluss der Klauseln stets, der einzelnen Zeilen meist die Endassonanz a gewahrt. Eine Differenz, wie öfters bei diesem Schema, zeigen die Klauseln 8 u. 9 (vgl. oben unter Nr. 4 die Sequenz „Ecce iam venit nostra“). Beachtenswert ist, dass das Schema für 9 a, 9 b u. 10 völlig gleich ist jenem, welches das Tropar von Fontevrault (saec. 11. Cod. Parisin. 10508) bei der Sequenz „Christi hodierna“ resp. „Caelica resonant“ für den Schluss aufweist, während die anderen Quellen dort längere und ganz symmetrisch gebaute Doppelklauseln haben.

Von Interesse ist es, mit vorstehender Sequenz die Bearbeitung zu vergleichen, welche dieselbe in italienischen u. deutschen Quellen erfahren hat, die ich in vollständigem Wortlauten folgen lasse.

58 b. In Purificatione BMV.

1. Rex nostras Christe laudes  
vultu nunc sereno sumito,
- 2 a. Impius  
ne nobis hostis, ut optat,  
insidietur;
- 3 a. Tu, princeps  
pastorum, populum  
hunc, Petre, serva corde  
benigno,
- 4 a. Gressus qui per caerula  
valuisti magistro  
aequora regi,
- 2 b. Pectora  
sed casta spiritus almus  
servet ubique.
- 3 b. Laxando  
cui datum est nexus  
caelo terrae(que) solvere  
humanos;
- 4 b. Obtentu, sic pondere  
ne ruamur inique,  
effice, paesul.

- 5 a. Ave, Maria,  
virgo virginum  
valde colenda,  
Facta fulgida  
lucis omnia  
porta creantis  
nosque redimentis  
potenter;
- 6 a. Nam Michaelis sunt  
suffragia magna  
nobis requirenda  
per aevum
- 7 a. Pulsis iam torporibus, Christe,  
sancte [te] deposcimus,  
hostem fugacem  
vincere posse  
dato perituris  
ab hoste;
- 8 a. Iesu, tergere  
cura medicina  
vulnera vera  
adunatae plebis  
opime,
- 9 a. Nunc gloria,  
laus et honor tibi  
semper, Christe, redemptor,  
rex saeculorum,
- 5 b. Et nostri memor  
esto, poscimus,  
talia praesta:  
Exutis rebus  
inde corporis  
carminis novi  
odas reboemus  
ovanter.
- 6 b. Spiritus ac omnis  
Christo famulantis  
in arce polorum  
beati.
- 7 b. Debellans insidiatoris  
maligni molimina  
dira potenter  
protege clemens  
tibi famulantes  
in aevum.
- 8 b. Pellens nubila  
tibi supplicantum  
atque canentum  
tuos gloriosos  
triumphos.
- 9 b. Cum patre sit,  
unaque potestas  
cum sancto spiritu in  
saecula. Amen.

Collectan. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14843. A. — Grad.  
ms. Bobbiense saec. 12. Cod. Taurinen. F IV 18. B. — 1, 1 nostra Christus  
B. — 1, 2 submitto B. — 2b, 3 serves B. — 3 a, 2 populum pastorum AB. —  
3 a, 3 hunc Aper B (verrät die Entlehnung). — 3 a, 4 benignum A. — 3 b, 2  
cui einsilbig; data est AB. — 3 b, 4 humano B. — 4 a u. 4 b umgestellt  
A. — 4 a, 1 Gressusque A, Gressus quos B. — 4 a, 2 voluisti AB; magistri  
A. — 4 a, 3 adquire rege A, hecora regi B. — 4 b, 1 Obtentus A. — 4 b, 2  
inique B. — 5 b, 3 praestans A. — 5 b, 7 reboantes A, reboamus B. — 6 b, 1  
Spiritus adque A, Spiritus haec B. — 6 b, 4 beatis B. — 7 a, 2 poscimus  
A. — 8 a, 2 medicinam A. — 8 a, 4 ad adunata A. — 8 b fehlt A. — 9 a, 1  
Hunc A. — 9 b, 1 sq. patre simul aequae potestas B. — 9 b, 4 gloria B. —  
Der bekannte Hexameter in 9 a: Gloria laus et honor etc. nebst der Adaptierung am Ende bedarf kaum eines besonderes Vermerkes. — Die Differenz beider Sequenzen tritt besonders in den Klauseln 5, 7, 8 u. 9 hervor. Im übrigen weisen fast alle Klauseln einen Überschuss von 1—3 Silben auf; der größte Überschuss ist in den Klauseln 5 a u. 5 b. Klausel 8 u. 9 nähern sich bedeutend mehr der Stammsequenz „Caelica resonant“ als die entsprechenden Klauseln in der Fassung a. Eigentlich ist, dass die a-Assozianz am Schlusse keiner Klausel vorkommt. — Nach allem vermute ich, dass beide Fassungen unserer Sequenz auf ein älteres nicht mehr vorhandenes Original hinweisen, dem die französische Fassung am meisten getreu blieb. Vgl. übrigens oben Nr. 4 a u. 4 b.

59. In Purificatione BMV.

- 1 a. Germinavit radix Iesse,  
Virgo mater coepit esse  
Peperitque filium;
- 2 a. Humanatur verbum patris  
Et in sinum missum matris  
A superno cardine
- 3 a. Virgo parit, virgo manet,  
Et ut Deus nostrae sanet  
Cicatricis vulnera,
- 4 a. Spina florem procreavit,  
Cuius odor recreavit,  
Recreando suscitavit  
Iam foetentem Lazarum;
- 5 a. Rubus quondam salvus igne  
Novum signum et insigne  
Fuit, de quo fari digne  
Transcendit ingenium;
- 6 a. Salve, virgo, sed fecunda,  
Salve, mater, virgo munda,  
Tuos servos a profunda  
Libera voragine.
- 7 a. Iesu bone, spes lapsorum,  
Piae matris prece chorum  
Iustum salva nos caelorum  
Ducens ad palatia,
- 1 b. Novo fructu fecundatur,  
Sed non tamen defloratur  
Virginale lilium.
- 2 b. Ad priorem vocat statum  
Adam pomo degradatum  
Dignitatis omne.
- 3 b. Terram rigat novo rore  
Et infundit novo more  
Gedeonis vellera.
- 4 b. Virgo regem generavit,  
Cuius ortus conturbavit,  
Conturbando triumphavit  
Et confregit tartarum.
- 5 b. Rubus ardet, nec ardoris  
Flamma perit decor floris,  
Virgo parit nec pudoris  
Perdit privilegium.
- 6 b. Via caeli, regis cella,  
Porta clausa, maris stella,  
Nos a maris duc procella  
Et a mundi turbine.
- 7 b. Ut a iure Pharaonis  
Et fornace Babylonis  
Salvi tuae visionis  
Perfruamur gloria.

Miss. ms. Cameracense saec. 14. Cod. Cameracen. 123. A. — Miss. ms. Casinense saec. 14. ex. Cod. Casinen. 128. B. — Collectan. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. C. — 1b, 2 tamen non C. — 2a, 2 Cum in B. — 2b, 2 pomo spoliatum B. — 2b, 3 ordine C. — 3b, 1 more B. — 3b, 2 infundat novo rore B. — Str. 5a u. 5b fehlen A. — 6b, 1 Pia caeli BC. — Str. 7a u. 7b fehlen A. — 7a, 3 salvans B. — 7b, 1 Ut C.

60. In Assumptione BMV.

- 1 a. Sanctum diem celebremus  
gloriosae genetricis,
- 2 a. Quem portare meruit  
in utero,  
ipsum rogemus,  
ut abstrahat crimina;
- 3 a. Laudes illi referamus  
sedulas, quae baiulavit  
salvatorem Dominum.
- 1 b. Quam Dominus Jesus Christus  
(ad) suam sedem collocavit.
- 2 b. Ipsum rogemus atque  
deprecemur,  
ut eius meritis  
consequamur gratiam.
- 3 b. O gloriosa genetrix  
virgo, ora tu pro nobis  
apud tuum filium.

- |                                                                                                             |                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 4 a. Ut mereamur<br>eum videre<br>in aethera,                                                               | 4 b. Patri aequalem<br>Dominum Iesum<br>Christum gloria.                                                |
| 5 a. Te imploramus, genetrix,<br>fuga sordis nostrae<br>[maculas] et peccata<br>et relaxa nobis<br>crimina. | 5 b. Rogemus et deprecemur,<br>pariter emendemur,<br>melliflua qui regit<br>arva et gubernat<br>sidera, |
| 6 a. Per interventum<br>tuum, Dei<br>genetrix et virgo,                                                     | 6 b. Ut mereamur<br>regnare cum<br>illo in aeternum.                                                    |

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Patavin. A 47. A. —  
Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. B. —  
Trop. et Grad. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen.  
CVII. (100). C. — 1a, 2 virginis C. — 1b, 1 Quem C. — 2a, 4 abstrahas C. —  
2b, 3 eis B. — 3a, 1 Et ut laudes ABC. — 3a, 2 sedula quem C. — 3b, 2  
tu fehlt ABC. — 4a, 3 in aeternum A. — 5a, 2 fugam AB. — 5b, 2 paite  
C; emendemus ABC. — 5b, 3 regis BC. — 5b, 4 gubernia scidera C. —  
6a, 3 et fehlt ABC.

### 61. In Assumptione BMV.

#### 1. Regina

- |                                                                                             |                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Inclita et pia<br>virgo, Maria,<br>post natum et ante<br>alnum que unctum Dominum,     | 2 b. Melopoëeos<br>cum sonu nos te<br>obsecrantes Deus<br>exaudiat nunc et semper.            |
| 3 a. Ut iuvamen<br>tuum iugi rogatu<br>consequamur<br>nos famuli,                           | 3 b. Supplicamus<br>nunc tibi incumbentes<br>et devoti<br>veneramur.                          |
| 4 a. Ac iunctus tecum<br>omnium chorus<br>sanctorum deposcat te                             | 4 b. Nostra pro noxa,<br>ut cuncta Deus<br>remittat et deleat.                                |
| 5 a. Efficiat ut nos<br>dignos sibi,<br>intercedentes omnes<br>vos pii,<br>religiosi, almi, | 5 b. Eia, o milites,<br>satagite<br>flagitare, quaesumus,<br>trinum et<br>unum verumque Deum, |
| 6 a. Ut cito ignoscat<br>atque aboleat,<br>quae gessimus,                                   | 6 b. Gratiam ut praestet<br>et dona, quae nobis<br>obsecramus.                                |

7. Quos redemisti, Domine,  
pretio magno, introducas  
ad vitam.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic.  
123 (B III 18). — 2 b, 1 sq. Meloposeorum sonoros te. — 3 a, 2 rogata. —  
3 b, 1 nunc fehlt. — 4 a, 1 Acinctis tecum. — 4 a, 3 deposita. — 5 b, 1 militas. —  
5 b, 5 verum Deumque. — 6 b, 1 et praestat. — 6 b, 2 dona ut quam nobis.

62. In Assumptione BMV.

- 1 a. Vernans rosa castitate,  
Rubens tota caritate  
Transplantatur hodie;
- 2 a. Desiderium impletur  
Videndi discipulos  
Ante mortis exitum;
- 3 a. In excelsum saliens  
Transcendisti saeculum,  
Virgo delectabilis;
- 4 a. Occurrentes admirantur  
Caeli cives et laetantur  
Inter se dicentes:
- 5 a. Ierarchia triplici  
Constipata veniunt  
Angelorum agmina,
- 6 a. Jesus festivus gloria  
Matrem laetanter excipit  
Et collocat in solio.
- 7 a. Stella mira et resplendens,  
Per quam sol iustitiae  
Nobis inclinatur,
- 8 a. Super choros angelorum  
Sublimatur per sanctorum  
Omnium solamen,
- 9 a. O lux radiosa,  
Clara et iocosa,  
Pro nobis exora;
- 1 b. Lucens plena claritate  
Variatur venustate  
Pro virtutum munere.
- 2 b. Sed sic assunt, ut miretur;  
Narratur per singulos  
Miraculum editum.
- 3 b. Ad dilectum gradiens  
Tenuisti speculum  
Vitae immutabilis.
- 4 b. „Quae est ista“, sic obfantur,  
„Pro qua omnes iucundantur  
Gaudio plaudentes?“
- 5 b. Cum laude multiplici  
Adorantes procidunt:  
„Ave, caeli domina“.
- 6 b. Sed o miranda gaudia,  
Cum natus eam suscipit,  
Quem tenuit in gremio!
- 7 b. Caelum ditans et transcendens  
A rege laetitiae  
Summe coronatur.
- 8 b. Christum datum spem reorum,  
Qui nostrorum peccatorum  
Dissolvat ligamen.
- 9 b. Nubes pluviosa,  
Tota gratiosa,  
Super nos irrrora.

Grad. ms. Senense saec. 14. Cod. Cathedr. Senen. s. n. A. — Seq. et  
Hymn. ms. Carmeli Senensis saec. 14. Cod. Senen. G III 2. B. — 2 a, 1 implevit  
B. — 2 b, 3 caelicum B. — 3 b, 3 immirabilis B. — 5 a, 2 constipati B. — 5 b, 2  
prodeunt A. — 7 a, 1 mirans B. — 9 a, 1 O fehlt AB.

63. In Assumptione BMV.

- 1 a. Laudes claras canticorum  
Sacer chorus ante thorum  
Moduletur virginis.  
1 b. Digna valde venerari  
Voto, lingua virgo clari  
Et praecelsi germinis.  
2 a. Cor exultet, sonent ora,  
Sursum voces hac in hora  
Levent terrae termini;  
2 b. Caelos flore gratiarum  
Colorata variarum  
Scandit mater Domini.  
3 a. Totus caeli potentatus  
Exit illi laureatus  
Titulo victoriae;  
3 b. Sculptae gemmis fores urbis  
Patent, eunt iuncti turbis  
Senatores curiae.  
4 a. Radiantes veste, vultu;  
Novo stupet pree tumultu  
Micans auro civitas;  
4 b. Vasis modos sub canoris  
Flectit psaltes; intus, foris  
Resonat centenitas.  
5 a. Angelorum milium  
Sonis alludentium;  
Murrae, turis ignibus  
5 b. Cellae fumant aetheris;  
Filius pree ceteris  
Collo matris vultibus.  
6 a. Haerens tenet dexteram:  
„Tibi, quam selegeram“,  
Ait „ecce, copia  
6 b. Summi boni“; singulis  
Dignitatum titulis  
Pollet finis nescia.  
7 a. Pectus gemmis, annulis  
Manus, collum circulis,  
Lacte, rosis faciem  
7 b. Pingit, addit duplicem  
Vestem, auro verticem  
Cingit, offert requiem.  
8 a. Hoc decore supernorum  
Clara, felix angelorum  
Superfertur ordini,  
8 b. Ubi laudes indefessi;  
Laeti cives hoc professi  
Trino canunt numini.  
9 a. O quam mira, quam festiva,  
O quantorum contentiva  
Fulget illa mansio,  
9 b. Cuius cives, cuius statum,  
Cuius nescit apparatum  
Vestigare ratio!  
10 a. Illic illa, quae mamilla  
Pavit regem, iungat gregem  
Nostrum ad caelestium.  
10 b. Ope Christi fulta tristi  
Morte reos tollat eos  
Caelum usque tertium,  
11 a. Ut ablutos et exutos  
Poena dura, carnis cura,  
Solo dono gratiae  
11 b. Regno donet et coronet  
Nos in fine sine fine  
Sitos throno gloriae.

Grad ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. A. — Orat. et Sequent. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — 1 b, 1 Digna vere B. — 1 b, 3 Lingua voce. B. — 3 b, 2 Patent ei iuncti Aurmis A; iunctae B. — 4 a, 2 stupent A. — 4 b, 1 modis A. — 4 b, 2 Fleetat A. — 4 b, 3 Resonet AB; aeternitas B. — 5 b, 1 Calle B. — 6 a, 1 Heres A. — 6 b, 1 singuli B. — 6 b, 2 tituli B. — 7 a, 1 Lectus A. — 7 b, 1 Purgat B; Cingit A. — 9 a, 3 Pollet B. — 10 a, 1 Illic illae B. — 10 a, 3 in caelestium B. — 10 b, 1 fulta iusti B. — 11 a, 1 ablutas et exutas B. — 11 a, 2 carens cura B. — 11 a, 3 in throno B. — Diese Sequenz findet sich auch im Prosar. ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1339.

64. In Assumptione BMV.

- |                                                                                                                                           |                                                                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ave, regina gloriae,<br>Splendor caelestis curiae,<br>Nostrae causa laetitiae,<br>Salomonis palatium,<br>Cella virtutum omnium;      | 1 b. Vitae via, spes veniae,<br>Mater misericordiae,<br>Porta supernae regiae,<br>Singulare subsidium<br>Ad te, virgo, clamantium.           |
| R. Eia, mater fidelium,<br>Ora pro nobis filium,                                                                                          | R. Eia, mater fidelium,<br>Ora pro nobis filium.                                                                                             |
| 2 a. Expers virilis seminis,<br>Sancti repleta flaminis,<br>Lumen aeterni luminis,<br>Patremque paris proprium,<br>Virgo post puerperium. | 2 b. Mater mirae dulcedinis,<br>Per te caelestis culminis<br>Porta patet, quam hominis<br>Primaevi clausit vitium;<br>Ave, salus credentium. |
| 3 a. Arbor fructus mirabilis,<br>In te, mater amabilis,<br>Rabus ardenti similis<br>Adimplevit mysterium;<br>O quam felix praesagium!     | 3 b. Regina ineffabilis,<br>Per te fiet placabilis,<br>Cum iudex quam terribilis<br>Fulminabit iudicium;<br>Ave, nostrum refugium.           |
| 4 a. Iesum, Virgo perpetua,<br>Placa, mater, assidua<br>Prece, voce melliflua;<br>Da reis necessarium,<br>Benigna, patrocinium.           | 4 b. A cordibus evacula,<br>Quae animis sunt nocula,<br>Ut per bona continua,<br>Eia, mater, consortium<br>Consequamur caelestium.           |

Miss. ms. Minorum saec. 14. Cod. Vatican. 4743. A. — Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. B. — Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17. C. — Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18 D. — Miss. Hispalense imp. Hispali 1507. E. — 2a, 2 repleti A. — 2a, 4 Patrem paris CD. — 3a, 1 Ave fructus A. — 3a, 3 Rubo BCDE. — Str. 3b sqq. fehlen E. — 3a, 1 und der Anfang der 2 folgenden Verse fehlen A, weil hier die Hs. zerstört. — 3a, 4 Fluminavit A. — 4a, 2 Placa virgo A. — 4a, 3 Prece et B. — 4b, 2 animae BCDE. — In den Quellen beginnt mit dem Refrain die Sequenz. Schon das Akrostichon „Ave Maria“ zeigt, was als Anfang der Sequenz gelten muss. — Der Inhalt ist eher De Beata im allgemeinen.

65. In Assumptione BMV.

- |                                                                                                                      |                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Gaude, virgo, plena Deo,<br>De qua natus fortis leo,<br>Christus mortem Philistaeo<br>Dedit, id est zabulo.     | 1 b. Orbem luce destitutum<br>Tu illustras, dum virtutum<br>Regem paris, nostrum scutum<br>In omni periculo. |
| 2 a. Rex est Christus, qui gravatis<br>In Aegypto captivatis<br>Donum praestat libertatis<br>Ruptis vinclis validis; | 2 b. Nam in luti servitute<br>Nostrae manus involutae<br>Sunt a luto iam solutae<br>Operisque sordidis.      |

- 3 a. Ergo per te iam placatus  
Deus olim provocatus  
Aufert nobis miseratus  
Servitutem lateris;  
3 b. Deus quoque miserator,  
Omnis boni dispensator,  
Plagae nostrae fit sanator  
Plaga sui lateris.  
Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 15. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17. C. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. D. — Miss. ms. His-  
palense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin., 12. E. — Miss. His-  
palense imp. Hispali 1507. bis: fol. 171b. F; fol. 185 a. G. — F hat nur die  
Halbstrophe 1a. — 2b, 4 sordidi G. — Der Inhalt der Sequenz paßt wenig  
zur Überschrift. — Melodie offenbar: Verbum bonum et suave.

### 66. De Beata Maria ad Nives.

- 1 a. Pro basilica futura  
Nivis sub forma, tu pura,  
Locum, virgo, deputas;  
1 b. Romanos, mater o Christi,  
Stupidos plane fecisti,  
Hoc facto cum promicas.  
2 a. O quam fertilis hic actus,  
Per quam sterilis est nactus  
Prolem venter feminae,  
2 b. Civis Romani uxoris,  
Patricii pulchrioris  
Novo dato semine!  
3 a. Ostendo sibi in loco  
Vir praclarus sub devoto  
Corde cunctis inclitam  
3 b. Piae matris in honorem  
Fundavit sollempniorem  
Iohannes basilicam.  
4 a. Inde papa, cardinales  
Structuras aulae reales  
Dedicarunt laetus;  
4 b. Ueniae papa mox cunctis  
Gratiam contulit iunctis  
Aulae tunc perfectius.  
5 a. Summo dedicata more  
Genetricis in honore  
Ipsa tunc basilica  
5 b. Festum cepit singulare,  
Iussit papa proclamare  
Voce quod almifica.  
6 a. Eia, boni per exemplum,  
Vere deitatis templum,  
Ars vera sophistica,  
6 b. Confer nobis, gemma pura,  
Tu flos florum, post haec dura  
Dona, mater, mystica.

Grad. ms. Pelsinense anni 1491. Cod. Mus. Bohem. Pragen. XII A 20. —  
1 b, 3 facto tunc. — 2 a, 2 natus. — 2 a, 3 Prole. — 5 b, 1 capit. — 6 b, 3  
Mit der Silbe my- endet das Blatt, das folgende Blatt ist weggerissen. Nach  
Ausweis des Akrostichons „Procopius fec[it]“ fehlen mindestens 2 Halb-  
strophen; nach der Melodie „Gaude Sion quod egressus“ erwartet man  
noch 4 Halbstrophen.

### 67. In honorem B. Mariae V.

pro mulieribus praegnantibus.

1. O ancilla Christi,  
Maria, mater Dei,  
pauperem exaudi  
peccatorem  
ad te vere suspirantem  
ne matrum in utero  
periclitentur  
infantuli.

2. Qui propter defectum baptismi macula irretiti originali in limbum condescendunt, qui pars est inferni.
3. Maria, itaque miseris succurre puerulis, qui pro gravi Adae protoplasti nebula visione Dei ibi carent perpetua.
4. O iudicia Dei, abyssus multa! Qui licet sine culpa pereant, non tamen sine causa.
5. Quam igitur pernitiosus pomì vetiti Evae fuit morsus, quo mors posteris sic concludebatur.
6. Sed o quam felix fuit et laetabundus, o Maria, inter te et angelum dialogus, quo vita orbi toti oriebatur.
7. Prae ceteris autem tuus videtur splendescere beatissimus absque dolore partus.
8. Per quem Evae maledictio est soluta nec minus benedictio est mulieribus cunctis condonata.
9. Ad quem ergo confugient desolatae praegnantes, nisi ad te, cunctarum consolatrix, cum lacrimis gementes?
10. Audi eas, virgo immaculata, nec parentum aspiciat unigenitus tuus ad peccata.
11. Sed parvulorum ululatus clementer exaudi, ne in perenni subiciantur inferni formidolosa a Deo poena.
12. Eos denique post sacri baptismatis undam regeneratos perducere digneris ad aeterna gaudia.

Missale Traiectense imp. Parisiis 1507. A. — Missale ad consuetudinem FF. Praedicatt. et S. Crucis imp. Parisiis 1517 B. — Missale Aquense imp. Lugduni 1527. C. — Missale Remense imp. Remis 1553. D. — 1, 1 O fehlt A. — 2, 5 descendunt D. — 3, 1 igitur B. — 3, 4 protoplastorum ABC. — 9, 1 Ad quam B; refugient A. — 9, 4 cunctorum D. — 11, 7 adeo D. — Die Sequenz, einer Votivmesse angehörig, ist vielleicht niemals gesungen worden; jedenfalls scheint sie jedes Parallelismus zu entkräften. Sicherheit darüber ist allerdings mangels der Singweise nicht zu erzielen.

68. De Beata Maria V.

1. Ave, virgo, mater Christi,  
Per quod salvos nos fecisti.
- 2a. Maria, o quam suave  
Nobis liquet istud Ave,  
Per quod Evaen crimen grave  
Almo germine fregisti.
- 3a. Plena tam puro liquore  
Gabrieli, sacro ore  
Nuntio, Iesum decore  
Ex te nasci consensisti.
- 4a. Tecum tua in carina  
Stetit trusa lux divina,  
Nono mense, o regina,  
Quam praecellens tu fuisti!
- 5a. Tu in mulieribus es  
Lux splendentior ut dies,  
In qua pendet nostra quies,  
Gratia quam meruisti.
- 6a. Fructus tuus talis fuit,  
Per quem daemon hostis ruit,  
Nos lapsus quia luit  
Morte dira, quam vidisti.
- 7a. Tui fructus, te rogamus,  
Quod saporem habeamus,  
Ut cum ipso gaudeamus,  
Prece qua mundum vicisti.
- 2b. Gratia, qua te beavit  
Summus pater, cum intravit  
Clastrum tuum stirpe David,  
Caelos nobis aperuisti.
- 3b. Dominus in te descendit,  
Pro salute nostra scendit  
Lignum crucis, quo peperit,  
Morte functus est tam tristi.
- 4b. Benedicta sis, tu vitis,  
Ex qua floret Christus mitis,  
Morte dira sic frondisti.
- 5b. Benedictus Deus, mater,  
Natus tuus est et pater,  
Zelans noster esse frater  
In te venit, ut avisti.
- 6b. Ventris tu nulla iactura  
Sed procedens mente pura  
Trinitatis summa cura  
Virgo Christum peperisti.
- 7b. Amen, fervens da iuvamen,  
Quod inflammet sanctum flamen,  
Nos habere consolamen  
In caelo, quod ascendisti.

Sequent. et Hymn. Carmeli Senensis saec. 14. Cod. Senen. G III 2. —  
2b, 4 aperiisti; aperuisti viersilbig durch Synizese. — 4a, 4 procellens. —  
5a, 1 mulieribus ex. — 5a, 2 et dies. — 5a, 4 qua. — 7b, 1 fervens de. —  
Der Choral von 2a wiederholt sich in allen Klauseln bis zum Schluss.

69. De Beata Maria V.

- 1a. Ave, mundi gaudium,  
Ave, salus gentium  
Ave, caeli gloria.
- 2a. Gratia gratuita  
Dei tibi tradita  
Te replet virtutibus.
- 3a. Dominus te dominam  
Fecit et conterminam  
Maiestatis culmini.
- 1b. Maria, lux luminum,  
Honor, iubar virginum  
Nardorum fraglantia.
- 2b. Plena sancto flamme,  
Parens sine crimine,  
Fulgens in caelestibus.
- 3b. Tecum ens humillimo  
Intus ens in animo  
Te secundat nemini.

4 a. *Benedicta diceris,*  
Quia gloriaberis  
Aeterno in filio.

5 a. *In te spes est populi,*  
Vita, virtus saeculi,  
Nostrae moris femina.

Prosar. ms. Franciscan. saec. 14/15. Cod. Parisien. 1339. — 5 a, 3 Nostra moris famina. — Melodie vermutlich: *Veni sancte spiritus.*

#### 70. De Beata Maria V.

1. *Laetare, regina regni caelorum,*  
Tibi misit rex omnium regnorum  
*Angelum suave*  
Dicentem Ave.

2 a. *De verbo, quod erat*  
in principio,  
Venis angelica  
salutatio  
Tibi missa, pia  
Virgo Maria.

2 b. *Verbum erat apud*  
Deum, exivit,  
Deus erat verbum,  
te concupivit,  
Dei potentia  
Tibi gratia.

3 a. *A spiritu sancto*  
tu concepisti,  
Deum et hominem  
tu genuisti,  
Vivi fontis vena  
Salute plena.

3 b. *Ab aeterno tu es*  
praeordinata,  
Nunc salutari tuo  
exaltata.  
Tuus est filius  
Rex et Dominus,

4 a. *Quem uberibus tuis*  
nutrivisti  
Et in brachio tuo  
habuisti,  
Gaudens secum,  
Quod Christus fuit tecum.

4 b. *Chori angelorum*  
congratulantes,  
Omnes sancti Dei  
te venerantes;  
Non afflcta  
Parens, benedicta tu.

5 a. *Duplici nomine*  
glorificata,  
Annulo  
virginali subarrhata  
Gloriosius  
In mulieribus.

5 b. *Mater Dei, in caelo*  
coronata,  
Assumpta  
ad regnum, bene dotata.  
Ditavit dictus  
Rex et benedictus,

6 a. *Qui venit in gloria*  
patris sui,  
Et pater dixit:  
ego te genui.  
Gaude, Maria,  
fructus ventris tui

6 b. *Cum patre et spiritu*  
sancto regnat,  
Caelum et terram,  
omnia gubernat  
Et sperantes in  
eum laetificat.

7. Trinitati sit aeterna gloria  
Nobis maiestatis Dei gratia,  
Maneat per saecula infinita.

Miss. ms. Hildesheimense saec. 13. Cod. Capit. Treviren. 153. add.  
saec. 14. — 3b, 5 filius est. — 4b, 6 Durch Umstellung „tu benedicta“ ließt  
sich der zerstörte Reim herstellen. — 5b, 5 sq. Rex dictus ditavit. — Nur  
aus technischen Rücksichten sind die Langzeilen von je 11 Silben gebrochen;  
die Schlusszeile jeder Halbstrophe aber, mit Ausnahme der 3 letzten, erheischt  
durch den Binnenreim eine Teilung.

71. De Beata Maria V.

- |                                                                                                             |                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ad rosae titulum,<br>ad laudem lili,                                                                   | 1 b. Triplex sub triplici<br>flore mysterium;                                                        |
| Ad decus violae<br>vos, Evae filii,<br>Laetos accingite.                                                    | Ad dulce virginis<br>matris praeconium<br>Laeti concinete.                                           |
| 2 a. Maestum exhilarat<br>et sanat saucium,<br>Mentis contemperat<br>furores febrium<br>Mira dulcedine.     | 2 b. . . . .<br>. . . . .<br>. . . . .<br>. . . . .<br>. . . . .                                     |
| 3 a. Flos ergo florida<br>virgoque floribus<br>His tribus: specie,<br>virtute, moribus,<br>Et soli similis, | 3 b. Fac frui pascuis<br>nos patris gloriae,<br>Viroris uberant<br>ubi deliciae<br>Immarcessibilis.  |
| 4 a. Non sinas tartarum<br>precantes laedere<br>Nec te cum cantico<br>laudantes fallere<br>Sua fallacia;    | 4 b. Sed serva famulos<br>tuos a carie,<br>Ut fiant stabiles<br>in caeli culmine,<br>O plena gratia. |

Brev. et Miss. ms. Coronense saec. 14. Cod. Vatic. 4757. — Die Überschrift lautet daselbst: „Tractus de sancta Maria“. Unmittelbar darauf folgt eine Reihe von Sequenzen.

72. De Beata Maria V.

- |                                                                                                                                        |                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Aeterni numinis<br>Mater et filia,<br>Divini luminis<br>Lucerna praevia<br>Nostrique germinis<br>Gemma primaria<br>Sine contagio, | 1 b. Decurso stadio<br>Nostri certaminis<br>Sedes in solio<br>Promissi culminis,<br>Regnas cum filio<br>Nostrae propaginis<br>Celso dominio. |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- 2 a. Nos clausi carcere  
Gravis exsilii  
Gravamur verbere  
Hostis trifarii,  
Dum carnis tenerae,  
Mundi, daemonii  
Premunt nequitiae.
- 3 a. Spes indulgentiae  
Sed paenitentibus,  
Vas sanctimoniae  
Sed castis mentibus,  
Cella clementiae  
Deum timentibus,  
Nostrum refugium.
- 4 a. O, munda copulam  
Immundi corporis,  
Expelle maculum  
Nostri facinoris,  
Accende faculam  
Inculti pectoris  
Divina gratia.
- 5 a. Peregrinantibus  
Procul a patria  
Prosint exsulibus  
Tua suffragia;  
Sit in operibus  
Perseverantia  
Christi fidelibus.
- 2 b. Sis horum hostium  
Nostra victoria  
Per tuum filium  
Tua instantia,  
Sis nostrum gaudium,  
Nostra laetitia  
Et vena veniae;
- 3 b. Fuga spirituum  
Pravas insidias  
Et cogitantum  
Muscas nefarias,  
Quae trahunt fatuum  
Partes in varias  
Cordis arbitrium.
- 4 b. Et conscientiae  
Sine cauteria  
Mens sapientiae  
Sit tributaria,  
Dispenset sobriae  
Vitae vicaria  
Activae nimia.
- 5 b. Et post militiae  
Nostrae victoriam  
Carnis incuriae  
Mutemus scoriam  
Caelestis curiae  
Veram in gloriam  
Tuisque precibus.

Tropar. ms. S. Patricii Dublinensis anni 1352. Cod. Cantabrigen.  
Add. 710. A. — Miss. Hispalense imp. Hispali 1507. B. — 1a, 1 luminis  
B. — 1a, 3 Divini fehlt A. — 1b, 5 Regnans B. — Str. 2a u. b lauten  
in A:

- 2 a. Nos clausi carcere  
Gravis exsilii  
Gravamur misere  
Regno sub impii,  
Nos carnis tenerae,  
Nos trahunt noxii  
Mundi nequitiae.
- 2 b. Sis apud filium  
Mundi propitia,  
Clemens humilium  
Propitiaria,  
Salus languentium,  
Culparum venia  
Et vena gratiae.
- 2b, 7 Et vera B. — Str. 3 sqq. fehlen B. — 3b, 1 Fugas spirituum (offen-  
bar Ditographie) A. — 5a, 5 Sic in A. — Schema sichtlich gleich jenem  
von „De Christi corpore“ (s. o. Nr. 88).

### 73. De Beata Maria V.

- 1 a. Almi regis mater pia,  
Dei genetrix Maria,  
Sacra virgo virginum,
- 1 b. Tu es stella matutina,  
Rosa florens absque spina,  
Quae portasti Dominum.

- 2 a. Tu es virga dedicata,  
De radice Iesse nata,  
David regis filia;
- 3 a. Tu es, virgo, flagrans rubus  
Quondam visus Moysi,
- 4 a. Ardet ille, sed non sentit  
Ardoris incendia,
- 5 a. Tu es vellus Gedeonis  
Madefactum pluvia,
- 6 a. Tu es portus atque hortus  
Paradisi floribus,
- 7 a. Tu es virga Aaron,  
Tu mater fortis Samson,  
Tu es ros, qui in Hermon,  
Ac cupressus in Sion;
- 8 a. Tu superna clara stella,  
Paradisi lily,
9. Ut ad regnum sempiternum  
Nobis, pia, tu sis via,  
O dulcis, sancta Maria.

Sequent. ms. Aquilegiense saec. 14/15. Cod. Semin. Goritiensis. I. — 3 a, 1  
virga. — 6 a, 1 potus.

#### 74. De Beata Maria V.

- 1 a. Arens virga, ferens fructum,  
Primae matris tollens luctum,  
Nobis confer gaudia.
- 2 a. Ut vitrum solis radio  
Non laeditur, nec filio  
Matris castimonia.
- 3 a. Haec est nardus dans odorem,  
Cuius odor salvatorem  
Traxit ad humilia;
- 4 a. Flos campi atque lily  
Singulare convallium  
Vitae praeminentia,
- 5 a. Tu murtus temperantia,  
Rosaque patientia,  
Oliva clementia.
- 1 b. Haec est summi mater Dei,  
Quae pudoris virginei  
Servat privilegia.
- 2 b. Decantate omnes ei  
Corde, voce, quamvis rei,  
Laudes et paeonia.
- 3 b. Fons signatus, clausus hortus,  
Ex quo Christus est exortus  
Corporis praesentia.
- 4 b. Humilitate viola,  
Mundi contemnens frivola  
Virtutis constantia.
- 5 b. Fons hortorum et puteus  
Aqua vivae non lutens,  
Fluens abundantia.

- 6 a. Voluptatis paradisus  
Libanusque non incisus  
Spirans beneficia.
- 7 a. Balsamus et cinnamomum,  
Ex te fecit sibi domum  
Deus creans omnia.
- 8 a. Turris, quae nequit deici  
A facie inimici,  
Diceris, o Maria.
- 9 a. Ne nos pro nostro vitio  
Deputemur suppicio  
Hostis a nequitia,

- 6 b. Cedrus fugans venenata  
Haereticorum dogmata  
Odoris fraglantia.
- 7 b. Tu civitas refugij,  
Spes totius auxilii,  
Tu pia potentia.
- 8 b. Nunc, virgo venerabilis,  
Per te sit excusabilis  
Nostra iniustitia,
- 9 b. Sed gaudiis tecum frui  
Nos quaesumus servi tui  
Queamus in gloria.

Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 6b, 1  
fugens. — 7b, 3 pie. — Überschrift in der Hs. „Prosa“.

### 75. De Beata Maria V.

- 1 a. Ave, Iesu mater pia,  
Mundi lumen, o Maria,  
Salutis triclinium.
- 2 a. Tu signatum et sacramum  
Vas, politum et conditum  
Condimento gratiae.
- 3 a. Nescit mundus tibi parem,  
Nam per palmam singularem  
Dei es hospitium.
- 4 a. Tu in caeli curia  
Habes privilegia,  
Angelorum domina,  
Cunctis praestans coetibus.
- 5 a. Ave, virgo lactans prolem,  
Stella sinu fovens solem,  
Angelorum domina.
6. Nato, mater, nos commenda,  
Ut exutos omni menda  
Nos locet in gloria.

- 1 b. Ave, decus virginale,  
De qua Christus singulare  
Vitae prodit lilium.

- 2 b. Tu superni Salomonis  
Thronus, vellus Gedeonis  
Es roratum numine.

- 3 b. Rosa, novum promis florem,  
Qui refovet per odorem  
Sunamitis filium.

- 4 b. Luna praeest omnibus  
In caelo sideribus,  
Sic tu praece omnibus  
Sub caelo degentibus.

- 5 b. Ave, Iesse german iustum  
Fructum terrae dans venustum  
Per arcana semina.

Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 5a, 1  
lactens. — Die Hs. bezeichnet Vorstehendes ausdrücklich als „Prosa“.

### 76. De Beata Maria V.

- 1 a. Ave, salutata  
ab angelo Maria;
- 1 b. Ave, salus mundi  
per quam venit, Maria.

- 2 a. Ave, virgo virginum,  
Sponsa regis omnium,  
Virginitatis  
candens lilyum, Maria.
- 3 a. Ave, caelestis margarita,  
Caelesti regi congrua,  
Maria.
- 4 a. Ave, superna  
cuncta creantis  
Mater intacta  
regis, Maria.
- 5 a. Ave, o theotocos,  
virgo peperisti,  
virgo fuisti  
post partum permanens  
integra et incorrupta,  
Maria.
- 6 a. Ave, decora  
David filia,  
cuius est ab intus gloria,  
Maria.
- 7 a. Ave, benedicta,  
caeli super astra rutilans,  
formosa ut sol,  
radians ut luna;  
tota pulchra es  
Dei velut sponsa,  
Maria.
- 8 a. Ave, pia  
peccaminum medicina,  
Maria.
- 9 a. Ave, dulcis et benigna,  
Tuo nato nos praesenta,  
O felix Maria.
- 10 a. Ave, domina caeli,  
terrae et maris, Maria.
- 2 b. Ave, rosa de spina,  
Reginarum domina,  
Te benedicunt  
caeli, terrae, Maria.
- 3 b. Ave, rutilans velut rosa,  
Aestivo sole fulgida,  
Maria.
- 4 b. Ave, caelorum  
domina, virgo,  
Mater et sponsa  
Dei, Maria.
- 5 b. Ave, o eusebia  
Noemi formosa,  
stella praeclara,  
praezellens cetera,  
inlita et sine labe,  
Maria.
- 6 b. Ave, cunctarum  
decus virginum  
et plena gratia Domini,  
Maria.
- 7 b. Ave, gloriosa  
Iesu Domini genetrix, splen-  
diflua cuncta  
Cherubim gloria,  
vincens omnia  
sanctorum agmina,  
Maria.
- 8 b. Ave, nostra  
post Dominum salus tota,  
Maria.
- 9 b. Ave, tibi sine fine  
Ut possimus decantare  
In caelis, Maria.
- 10 b. Ave, cunctorum era,  
Duc nos, quo manes, revera.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Iauuen. A VII 3.

77. De Beata Maria V.

- 1 a. Ave, virgo singularis,  
Radix Iesse, stella maris,  
Mater Dei, Maria.
- 1 b. Ante partum et in partu  
Et post partum sine tactu  
Virgo manens, Maria.

- 2 a. Ante legem praesignata  
Et in lege praemonstrata  
Virgo extas, Maria.
- 3 a. Iacob sanctus hanc in somnis  
Scalam vidit, per quam  
omnis  
Nobis venit gratia.
- 4 a. Nata patris, mater Dei,  
Spes et salus omnis rei,  
Cuncta mundans crimine.
- 5 a. Nulla manu lapis parvus  
Est abscissus, sed mons mag-  
nus  
Crevit fracta statua.
- 6 a. Arbor ferens fructum vitae,  
Porta clausa, via vitae,  
Origo clementiae.
- 7 a. O quam pium, quam suave,  
Gabrielis quod per Ave  
Donatur remedium.
- 8 a. In deserto ac fructecto  
Manna pavit atque pavit  
Israelis populum;
- 9 a. Virgo verbo impregnatur,  
Verbum Dei humanatur  
Non virili germine.
- 10 a. Hic est fortis vincens fortem,  
Nostraem mortis delens sortem,  
Degustans pro nobis mortem  
Sua pro clementia,
- 11 a. Scala caeli, porta vitae  
Pandit nobis iter vitae,  
Quo refecti ligno vitae  
Adeamus patriam.
- 12 a. Mater patris, iube natum, 12 b. Quo post huius vitae gressum  
Ora patrem, ut reatum  
Solvat gratis, miserorum  
Nexus graves peccatorum  
Pie data venia;
- 2 b. O quam dulcis, o quam pia,  
Quam praedixit prophetia,  
Haec est mater Maria!
- 3 b. Aula regis et templum Domini  
Vitam reddens perditam ho-  
mini,  
Nostra delens crimina.
- 4 b. Virga Iesse dedit florem,  
Nostra virgo salvatorem  
Sine viri semine.
- 5 b. Nullus partus est intactus  
Nisi hic, quo Deus factus  
Homo sine macula.
- 6 b. Arbor mater, verbum fructus,  
Quo peccator ut reductus  
Carpit iter gratiae.
- 7 b. Fit mox virgo mater Dei  
Prolem gestans, per quam rei  
Vitae captant gaudium.
- 8 b. Est desertum et fructectum  
Plebs Hebraea semper rea,  
Virgo manna fulgidum.
- 9 b. Creatura creatorem  
Parit, virgo salvatorem  
Nostro medicamine,
- 10 b. Sauciatus in iumento,  
Carnis tectus velamento,  
Ne subactus sit tormento,  
Sola porta gratia.
- 11 b. Fons, origo pietatis,  
Reos lavans a peccatis,  
Culpis cunctis expiatis  
Nobis dona veniam.
- 12 b. Quo post huius vitae gressum  
Pandat nobis et ingressum  
Aulæ caeli refulgentis,  
Regni Dei permanentis  
In aeterna gloria.

Cod. Vatican. 3087 saec. 13. — 4 a, 3 crimina. — 6 b, 3 gratia. — 8 a, 2 l. Manna pavit, saturavit; oder das erste pavit als Perf. von pasco, das zweite als Perf. von paveo in transitivem Sinne „in Staunen setzen“? Oder Manna cadit atque pavit? — 11 a Die dreimalige Wiederholung von „vitae“ als Reimwort ist auffallend; cfr. 6 a. — Melodie: Lauda Sion sa vatorem.

78. De Beata Maria V.

- |                                                                                                                          |                                                                                                                       |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Consolatrix pauperum;<br>Vita, spes credentium,<br>Angelorum domina,<br>Benedicta femina,<br>O Maria.               | 1 b. Mater, plena gratia,<br>Sontes ad solacia<br>Iuva caeli pergere,<br>Dignentur ut psallere,<br>O Maria.           |
| 2 a. O sancta virginitas,<br>Nostra nequit pravitas<br>Te dignanter commendare,<br>Ergo iuva nos laudare,<br>O Maria.    | 2 b. O virgo, mortalium<br>In salutem hominum<br>Concepisti nobis prolem<br>Salva, iustitiae solem,<br>O Maria.       |
| 3 a. O matrona regis almi,<br>Psalle Deo voce psalmi<br>Ferque opem, quam precamur,<br>Ne in culpa moriamur,<br>O Maria. | 3 b. O nos, mater pietatis,<br>Audi flentes pro peccatis<br>Et a malis nos tuere,<br>Peccatorum miserere,<br>O Maria. |

Cantion. et Sequent. ms. Pragense saec. 15. Cod. Vissegraden. V C η. —  
1 b, 1 O mater. — 3 a, 3 que fehlt. — Hat eine eigene Melodie.

79. De Beata Maria V.

- |                                                                    |                                                                    |
|--------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Cordis melos et oris<br>In virginis praeterea                 | 1 b. Concordet, creatoris<br>Quae mater est et filia.              |
| 2 a. Haec lucens stella maris<br>Et ancora naufragii,              | 2 b. Haec portus salutaris,<br>Haec nostri spes exsilii.           |
| 3 a. Haec virgo sine macula,<br>Haec scutum contra iacula,         | 3 b. Haec risus in tristitia,<br>Post maerorem laetitia.           |
| 4 a. Tu, Maria,<br>Vitae via,<br>Tu norma pudicitiae;              | 4 b. Te filiam<br>Sponsan suam<br>Sol elegit iustitiae.            |
| 5 a. Tu es vellus<br>Madens Gedeonis,                              | 5 b. Sicca tellus,<br>Rubus visionis.                              |
| 6 a. Sine viro<br>Alvo impregnaris,                                | 6 b. More miro<br>Virgo Deum paris.                                |
| 7 a. Tu Dei secretarium,<br>Sacrarium<br>Es omnium virtutum;       | 7 b. Tu regis habitaculum,<br>Tu vasculum<br>Es nectare imbutum.   |
| 8 a. Mater misericordiae,<br>Munditiae<br>Flos, spes desperatorum; | 8 b. Tu omnis plena gratiae,<br>Te curiae<br>Collaudant angelorum. |

- |                                                                                  |                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 9 a. Tu virga florens Aaron,<br>Quae fructu fecundaris,<br>Dum incorrupta paris. | 9 b. Tu inter filias Sion<br>Beata praedicaris,<br>A reginis laudaris.               |
| 10 a. Archangelus te Gabriel<br>Et missus salutavit<br>Et verbo fecundavit.      | 10 b. Tu porta, quam Ezechiel<br>Clausam praememoravit,<br>Quam [vir] non reseravit. |
| 11 a. Tu flos florum, tu lily<br>Convallium,<br>Tu Moysi fiscella,               | 11 b. Spes pauperum, debilium<br>Refugium,<br>Tu verbi Dei cella.                    |
| 12 a. Aromatizans balsamus,<br>Tu thalamus<br>Sponsi, vas unguentorum;           | 12 b. Tu rosa spinae nescia,<br>Tu filia<br>Regis, tu fons hortorum.                 |
| 13 a. Tu nardus aromatica,<br>Tu virgula turifica,                               | 13 b. Tu sanitatis oleum,<br>Tu medela languentium.                                  |
| 14 a. Tu morum flos<br>Virtutum dos<br>De stirpe David inclita;                  | 14 b. Tu viae dux,<br>Tu noctis lux,<br>Tu caritatis semita.                         |
| 15 a. Veri solis<br>rutilans aurora,                                             | 15 b. Tu pro nobis<br>filium exora                                                   |
| 16 a. Melle precum,<br>Ut nos cum beatis                                         | 16 b. Locet tecum<br>Sede claritatis                                                 |

Passionale ms. saec. 11. Cod. Vatic. Reg. 498. add. saec. 13. Mit Melodie. — Auf 9a folgt in der Hs. 10a, 10b, 9b. — 10a, 3 Nach Quam in der Hs. ein Loch.

#### 80. De Beata Maria V.

- |                                                                        |                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Florens Iesse virgula,<br>Vera veris primula<br>Salutem nuntians; | 1 b. Rosa semper vernula,<br>Tota sine macula<br>Maculas expians.           |
| 2 a. Uterus virginicus,<br>Fons hortorum, puteus<br>Aquarum viventium; | 2 b. Immo thronus aureus,<br>In quo rex aethereus<br>Coronavit filium.      |
| 3 a. Domus aromatica,<br>Quam arte mirifica<br>Fecit summus artifex.   | 3 b. In qua Christus unica<br>Sumpta carnis tunica<br>Consecravit pontifex. |

Miss. ms. Zagrabien saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabien. XLIV 2. 323. A. — Miss. ms. Zagrabien anni 1495. Cod. Cathedral. Zagrabien. LV 3. B. — Ob die Sequenz vollständig ist, erscheint zweifelhaft.

#### 81. De Beata Maria V.

- |                                              |                                                  |
|----------------------------------------------|--------------------------------------------------|
| 1 a. Gloriosae matris Dei<br>Agitur memoria, | 1 b. Decantemus semper ei<br>Laudes et paeconia. |
|----------------------------------------------|--------------------------------------------------|

- 2 a. Salve, splendor firmamenti,  
    Virgo, mater, filia;  
3 a. Placa mare, maris stella,  
    Mortis rumpe retia,  
4 a. Tu nos offer tuae proli,  
    Genitoris filia.

Prosar. ms. Franciscan. saec. 14/15. Cod. Parisien. 1339. — Mit eigener Melodie.

### 82. De Beata Maria V.

- 1 a. In suprema hierarchia  
    Residenti dominae  
Personemus voce pia  
    Servitutis nomine.  
2 a. Haec est illa benedicta  
    Sub se tenens femina  
Lunam, sole praeamicta,  
    Luce clarens gemina.  
3 a. Ave, dulcis mater Dei,  
    Casti candor lilii,  
Ave, nostrae robur spei  
    Per vallem exsilia.

Grad. ms. Aquilegiense (?) saec. 15. Cod. Archiep. Utinen. Fol. 34. —  
3b, 3 deviamus.

### 83. De Beata Maria V.

- 1 a. Laetetur gens credula,  
    Saltet cum tripudio  
2 a. Quae sine collegio  
    Tali privilegio  
    Flos produxit lilyum.  
3 a. Matrem laudemus  
    in filio,  
4 a. Virginis eximiae  
    Sudemus honoribus  
5 a. Mater, flecte,  
    quae sunt rigida;  
6 a. O felix nativitas,  
    Nos ducas vestigio;  
7 a. More vestis veteris  
    Vermibus ne ceteris  
    Rodamur et tinea.

- 2 b. Tu caliginosae menti  
    Desuper irradia.  
3 b. Ne involvat nos procella  
    Vel tempestas obvia.  
4 b. Laus et honor Deo soli,  
    Qui gubernat omnia.  
1 b. Decet alte sublimatam  
    Altis coli vocibus,  
Huic offerre laudem gratam  
    Studiis velocibus.  
2 b. Velut gemmis coronata  
    Bis senis sideribus,  
Cunctis disparet praelata  
    Sola mulieribus.  
3 b. In procinctu lapsis viae  
    Manum nobis porrige  
Ac, ne deviemus, pie  
    Gressus nostros corrige.

- 1 b. Pietate sedula  
    Virginis praeludio.  
2 b. Roma cum Pompeio,  
    Simul omnis regio  
    Placet istum filium.  
3 b. Natum virginis  
    in lilio.  
4 b. Honestatis nimiae  
    Congruis amoribus.  
5 b. Pater, corda  
    cale frigida.  
6 b. Supernorum civitas,  
    Cura nos prodigo,  
7 b. Ducimur navigio,  
    Tu sis in remigio;  
    Vulpes est in vinea.

- |                                                                 |                                                   |
|-----------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------|
| 8 a. Ductrix pia vitae,<br>Tege nos a lite<br>Noctis in exilio, | 8 b. . . . .<br>. . . . .                         |
| 9 a. Alma,<br>Iter para praeium;                                | 9 b. Palma<br>Rege, quod est devium.              |
| 10 a. Tuis adminiculis<br>Offer adminicula.                     | 10 b. Salva nos periculis,<br>Praedulcis ovicula. |
| 11 a. Duc nos illuc,<br>ubi copia                               | 11 b. Et quo nulla<br>fit inopia.                 |
| 12 a. O Maria,                                                  | 12 b. Maris via,                                  |
| 13 a. Prodigia<br>Caeli harmonia                                | 13 b. Tu cum pia<br>Loca nos sophia.              |

Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — 7 a u. 7 b umgestellt. — 7 b, 2 Cum sis. — 13 b, 1 Tu fehlt. — Einzelne Entlehnungen aus der Pfingstsequenz „Veni sancte spiritus“ springen von selbst in die Augen. — Überschrift in der Hs. „Prosa“.

#### 84. De Beata Maria V.

##### 1. Mundi salvatrix, Maria,

- |                                                                                |                                                                            |
|--------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Flores in duplici palma<br>caeli super agmina:                            | 2 b. Corpore glorificato,<br>conregnante anima.                            |
| 3 a. Induta es stola bina<br>cum sanctis, quibus<br>Christus dedit singularia: | 3 b. Fulges sicut sol electa,<br>pulchra ut luna<br>supra caeli luminaria. |
| 4 a. Omnes rogamus,<br>mater pia,<br>Maria, ad<br>te suspirant nostra corda;   | 4 b. Una omnium<br>vox est nostra,<br>ut impetres<br>pro nobis sempiterna  |

##### 5. Gaudia.

Missale Rhemense imp. Rhemis 1553. — 3 a, 3 singulas. — 4 b, 4 fehlt eine Silbe, etwa tu?

#### 85. De Beata Maria V.

- |                                                                                                          |                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Novis cedunt vetera:<br>Celant terrae viscera<br>Caelum celans cetera,<br>Centrum claudit circulum; | 1 b. Vitem nectens hedera<br>Facta est fructifera,<br>Dum cepit puerpera<br>Verbo verbi surculum. |
| 2 a. Sicut solis radius<br>Penetrat innoxius<br>Et transit ulterius<br>Per fenestram vitream,            | 2 b. Sic, immo subtilius<br>Intrat et suavius<br>Transit Dei filius<br>Per aulam virgineam.       |
- Blume, Sequentiae Ineditae. V.

- 3 a. Lux in testa conditur,  
Hinc et rubus cernitur  
Ardere nec uritur;  
Dum Mariae gremio
- 4 a. In te, plena gratia,  
Vestitur camisia  
Scissa de substantia  
Tuae carnis deitas.
- 5 a. Cella pudicitiae,  
In te pax iustitiae  
Dedit amicitiae  
Exoptatum osculum.
- 3 b. Caeli lux illabitur,  
Virgo nec corrumpitur  
Nec in suo laeditur  
Mater puerperio.
- 4 b. Quis audivit talia?  
In te fiunt socia  
Haec olim contraria,  
Partus et integritas.
- 5 b. Nos in pace patriae  
Fac, o mater gratiae,  
Tecum patrem gloriae  
Laudare per saecula.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Iauuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 15. B. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17. C. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. D. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin., 12. E. — Miss.  
Hispalense imp. Hispali 1507. F. — 2b, 3 aurem F. — 3a, 1 intesta BCF. —  
3b, 3 In sono F. — Str. 4 sqq. fehlen F. — Verwendung fand die Sequeuz  
„In Nativitate s. Mariae“, obgleich der Inhalt auf dieses Geheimnis keinen  
Bezug nimmt.

### 86. De Beata Maria V.

- 1 a. O regina sanctitatis,  
Fons totius bonitatis,  
Exemplum munditiae;
- 2 a. Si non ducis, deviamus,  
Deviati oberramus  
Omni hora diei.
- 3 a. In hoc mundo sic dubio  
Pleni sumus fastidio,  
Viventes cum maerore.
- 4 a. Tu es regina caelorum,  
Tu domina angelorum,  
Supra cuncta principaris.
- 5 a. Nostri ergo miserere  
Nec velis nos deserere,  
Quaesumus humiliter;
- 1 b. Tu es via veritatis,  
Tu es mater pietatis,  
Iter praebens gratiae.
- 2 b. Tibi ergo supplicamus,  
Te ducente veniamus  
Ad locum requiei.
- 3 b. Quare, virgo, par lilio,  
Te precamur cum filio,  
Riga nos caeli rore.
- 4 b. Tu es gaudium maestorum,  
Advocata peccatorum  
A cunctis nominaris.
- 5 b. Sed fac nos hic sic vivere,  
Ut cum sanctis resurgere  
Possimus feliciter.

Prosar. ms. Ambianense (Gulielmi Lovel) anni 1572. Cod. Ambianen. 132.

### 87. De Beata Maria V.

- 1 a. O virgo pulcherrima,  
O mater melliflua,  
O Dei filia;
- 1 b. O stella clarissima,  
O rosa purissima,  
O parens lilia.

2 a. O lumen lumen,  
O flos convallium,  
O viri nescia;

3 a. Fac nos tuum filium  
Amare in perpetuum,  
Mater pia,

Oration. ms. Anglicicum saec. 14/15. Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. —  
Mit Melodie.

2 b. O decus virginum,  
O spes fidelium,  
O plena gratia.

3 b. Ac perduc ad gaudium  
Olympi suavissimum,  
O Maria.

### 88. De Beata Maria V.

1 a. Prodit puer de puella  
Sana castitatis cella,  
Sicut exit lux de stella  
Et de sole radius.

2 a. Res a saeclis inaudita,  
Quod puella parit ita,  
Et quod ita sunt unita  
Terrestribus caelestia.

3 a. Gloriosa mater Dei,  
Mater magni Nazarei,  
Mater Iesu, nostrae spei,  
Mater misericordiae.

1 b. Verbum quidem introivit  
Atque verbum hinc exivit,  
Et sic laetus parturivit  
Venter viri nescius.

2 b. Sic est homo factus Deus,  
Ne periret homo reus,  
Quod si crederet Iudeus,  
Non esset in miseria.

3 b. Te precamur, tu precare  
Tuum natum nos iuvare,  
Fac nos tecum habitare  
In paradiso gloriae.

Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. A. — Seq. et  
Trop. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Seminarii Goritiensis. I. B. — 1a, 2  
Castitatis Dei cella A. — 1b, 3 sic tuus parturivit B. — 2a, 4 Caelestibus  
terrestribus B. — 2b, 1 factus homo B. — Melodie: Verbum bonum et  
suave B; A bietet eine eigene Melodie.

### 89. De Beata Maria V.

1 a. Salve, caelorum regina,  
Salve dulcis, et inclina  
Nostris aurem precibus.

2 a. Singulare digna laude,  
Sola super omnes gaude  
Caeli sedens solio;

3 a. Virga de radice Iesse,  
Germinasti verum esse,  
Deum, Dei filium.

4 a. O quam admirabilis,  
Quae virgo peperisti!

5 a. O nova genitura,  
Tu matris tenes iura  
Cum flore puellari;

1 b. Plena virtute divina,  
Salve, salutem propina  
Tuis his supplicibus.

2 b. Hostis nostri pulsa fraude  
Portas mortis clemens clade,  
Mortis laeta spolio.

3 b. Mole delictorum pressae  
Plebi ne velis deesse,  
Sed supple consilium.

4 b. O vere laudabilis,  
Quae genetrix es Christi!

5 b. O virgo semper pura,  
Te nostra quaerunt iura  
Cum laude singulare.

6 a. Salve, salus et salutis  
Causa, formam da virtutis  
Contra mortis taedium.

7 a. Mater Dei dulcis, vale,  
Iesse germen triumphale,  
Flos caeli, Maria,

6 b. Opem confer destitutis,  
Labe peccati pollutis  
Reatus remedium.

7 b. Decus nostrum speciale,  
Pulsa peste mortis malae  
Tua prece pia.

Grad. ms. incert. orig. saec. 13. Cod. Bruxellen. Fétis 1173. A. — Miss. nos. Cantuariense saec. 14. Cod. Parisin. Arsen. 135. B. — 3 b, 1 Sole B. — 4 a, 2 Ave virgo B. — 4 b, 1 O quam laudabilis A. — 4 b, 2 Ave genetrix esse Dei B. — 5 a, 3 Dum B. — 5 b, 3 Dum B. — B bietet die Melodie.

#### 90. De Beata Maria V.

1 a. Salve, claris  
Stella maris  
Gemmis decorata;

2 a. Fons ardoris  
Et amoris  
Mater pietatis;

3 a. Sublimaris,  
Honoraris,  
Digne recolenda,

4 a. Stella poli,  
Lampas soli,  
Thronus Salomonis,

5 a. Dulce melos  
Tangat caelos,  
Virgo speciosa

6 a. Cella Dei,  
Porta spei,  
Te magnificamus,

7 a. Vitae vena,  
Deo plena,  
Regem genuisti;

8 a. Mater, ave,  
Quae nos a vae  
Purgas, benedicta;

9 a. Stilla roris,  
Nardus floris,  
Vitae reparatrix;

10 a. Virgo parens,  
Fac placatum  
Patrem pietatis;

1 b. Virgo paris,  
Lux solaris,  
Christum trabeata.

2 b. Fax splendoris  
Et odoris  
Flos virginitatis.

3 b. Quae ditaris  
Et ornaris,  
Cunctis reverenda.

4 b. Digna coli,  
Nos da proli,  
Vellus Gedeonis.

5 b. Collaudetur  
Et ametur  
Summe pretiosa.

6 b. Nosque rei,  
Lux diei,  
Te glorificamus.

7 b. Lux serena,  
Carens poena  
Prolem peperisti.

8 b. Virgo, cave,  
Ne mors prave  
Laedadat maledicta.

9 b. Vas dulcoris  
Et honoris,  
Caeli dominatrix.

10 b. Labe carens,  
Placa natum,  
Fontem bonitatis.

Collect. ms. Emmeramense anni 1351. Clm. Monacen, 14343. — 6 a, 3 magnificatos. — Aufschrift „Sequentia de beata Maria“.

91. „Sequentia de s. Maria V.“.

- |       |                                                                                                            |       |                                                                                                                       |
|-------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a.  | Salve, salve, mater pia,<br>Mundi salus, o Maria.<br>Sanctitatis speculum.                                 | 1 b.  | Salve, per quam salus orta,<br>Paradisi patens porta,<br>Qua salvatur saeculum.                                       |
| 2 a.  | Salve, stella matutina,<br>Sol, aurora, lux divina,<br>Fons misericordiae.                                 | 2 b.  | Angelorum tu regina,<br>Peccatorum medicina,<br>Spes et vena veniae.                                                  |
| 3 a.  | Salve, per quam vita data,<br>Deo cara, Deo grata,<br>Salve, plena gratia.                                 | 3 b.  | Super omnes sublimata,<br>Sis pro nobis advocata<br>In caelesti curia.                                                |
| 4 a.  | Speciosa,<br>Fragrans rosa,<br>Mater honorata;<br>Generosa,<br>Gloriosa,<br>Femina beata.                  | 4 b.  | Pluviosa,<br>Fructuosa,<br>Cedrus exaltata;<br>Generosa,<br>Speciosa,<br>Salus exspectata.                            |
| 5 a.  | Tu benigna,<br>Laude digna,<br>Tu dulcora,<br>Tu decora,<br>Tu perenne gaudium.                            | 5 b.  | Mediatrix,<br>Exaltatrix,<br>Omni hora<br>Sine mora<br>Roga tuum filium.                                              |
| 6 a.  | O virginum principium,<br>O castitatis lilium,                                                             | 6 b.  | Trinitatis hospitium<br>Salutisque consilium.                                                                         |
| 7 a.  | Animarum solacium,<br>Nostrum decus et gaudium;<br>Quem genuisti filium,                                   | 7 b.  | Nobis redde propitium;<br>Expelle nostrum vitium,<br>[Ad] caeli duc palatum.                                          |
| 8 a.  | Clara Maria,<br>Benigna Maria, *<br>Iucunda Maria, *<br>Beata Maria. *<br>O suavissima,<br>O benignissima, | 8 b.  | Tota dulcissima,<br>Tota sanctissima.<br><br>Eia, domina,<br>Exaudi, domina,<br>Defende, domina,<br>Succurre, domina. |
| 9 a.  | Ad te currunt, o Maria,<br>Peccatores, caeli via,<br>Portus et umbraculum.                                 | 9 b.  | Peccatorum miserere,<br>Salva, mater, et tuer<br>Christianum populum.                                                 |
| 10 a. | Benedicta mater Dei,<br>In te sperant omnes rei,<br>Salus et refugium;                                     | 10 b. | Ne mergamur in infernum,<br>Roga regem sempiternum,<br>Creatorem omnium.                                              |

- 11 a. Ad te clamat totus mundus, 11 b. Imperatrix et regina,  
Omnis homo maerebundus; Nos conserves a ruina,  
Fac, succurras homini. O virgo, mater Domini.
- 12 a. Commendamus nos hac die 12 b. Te, domna, te, maris stella,  
Tibi, nobis dulci, piae, Sancta parens et puella,  
Tibi, virginis Mariae, Paradisi te ut mella  
Salvatrici saeculi. Tui gustant servuli.
- 13 a. O Maria, salus nostra, 13 b. Tu, quae salvas totum mundum,  
Iesu Christo tu demonstra Ne mergamur in profundum,  
Tuum pectus, ubera, Virgo salutifera.

Miss. ms. Camaldulense saec. 16. Cod. Laurent. Conv. sup. 418. — 1 b, 1 saluti. — 6 b, 2 que fehlt. — 11 a, 3 succurens hominum. — 12 a, 3 virginis. — 12 a, 4 Salvaticis. — 12 b, 3 tue me melle. — 13 a, 2 Iesum Christum demonstra. — 13 a, 3 et ubera. — 13 b, 1 quae salus.

## 92. De Beata Maria V.

- 1 a. Sponsa Dei, virgo mitis,  
Lignum vitae irretitis  
Peccatorum nexibus,
- 1 b. Dare nobis hoc dignare,  
Quod possimus te laudare  
Totis pure sensibus.
- 2 a. Indignatur lex naturae  
Tibi factam pariturae  
Fidem impossibilium.
- 2 b. Sacrae voci sic intendis,  
Quod omnino non attendis  
Legem naturalium.
- 3 a. Te salutat, quem ignoras,  
Fidem facit, et imploras,  
Ut sic fiant omnia.
- 3 b. Fecundaris salutata,  
Nullo metu praegravata  
Vel dolore saucia.
- 4 a. Virgo carne, virgo mente,  
Virgo mater es repente,  
Virgo paris filium.
- 4 b. Nulla talis genitura,  
Qua creator fit factura,  
Altum hoc consilium.
- 5 a. Perhorrescit hoc natura,  
Quod tu, virgo, paritura  
Solo verbo concipis.
- 5 b. Stupet, tremit, admiratur,  
Quod hic nihil sibi datur,  
Cum tu verbum suscipis.
- 6 a. Nescit modum, nescit causam,  
Nescit illum, qui te clausam  
Intrat et egreditur.
- 6 b. Signa fontem, hortum clade,  
Dignus tamen omni laude  
Ex te fructus editur.
- 7 a. Semper clausa manet porta,  
Tamen ex te proles orta,  
Cuius stat imperium.
- 7 b. Ferens fructum virga floret;  
Tui fructus quis ignoret  
Hoc esse mysterium?
- 8 a. Ecce, mira virtus Dei,  
Ecce, patens ordo rei  
Velata mysterio.
- 8 b. Caro vestit deitatem,  
Unde trahit puritatem  
Dignam tanto parvulo.
- 9 a. Casta caste castum paris,  
Cuius morte liberaris  
Et omnis condicio.
- 9 b. Mortem morte natus stravit  
Et nos vitae reparavit  
Felici commercio.

- 10 a. Illum parit ista mater,  
Quem et Deum Deus pater  
In se Deo genuit.  
11 a. Geminata iam natura  
Est et factor et factura  
Idem Dei filius.  
12 a. Matrem ergo deprecamur,  
Ut a morte retrahamur  
Impetrata venia.  
13 a. Ex te sola spes salutis  
Pressis iugo servitutis,  
Mater, placa filium.
- 10 b. Ipse factus est infectus,  
Nam ut panno carne tectus  
Deum non deseruit.  
11 b. Una tantum hic persona  
Naturarum duo bona  
In se unit unicus.  
12 b. Placa, mater, iram nati,  
Iuste sumus iam damnati,  
Et est opus gratia.  
13 b. Da spem digne resurgendi  
Et aeternum obtainendi  
Tecum, virgo, praemium.

Comment. ms. Sconaugiensis (Rhabani Mauri in libr. Regum) saec. 10/11.  
add. saec. 12/13. Cod. Vatican. Palatin. 293. — 7b, 2 Tuus.

### 93. De Beata Maria V.

- 1 a. Stella maris, o Maria,  
Praedicaris vitae via,  
2 a. Complanato nobis callem  
Transituris per hanc vallem,  
3 a. Preme pede praevalenti  
Caput anguis virulenti,  
4 a. Tu Abrahae iam promissa  
Et per Iesse nobis missa,  
5 a. Sicca virga sine unda  
Tis onusta nucibus,  
6 a. Legislator admiratur,  
Quia rubus succendatur  
Nec succensus aduratur,  
7. Solvit iussus nec accedit,  
Quia vetus lex recedit.
- 1 b. Vitae via praedicaris,  
O Maria, stella maris.  
2 b. Ad hoc opus praesignata  
Et a Deo nobis data.  
3 b. Qui felices nos seduxit  
Et in mare nos eduxit.  
4 b. Virga florens, produc fructum,  
Qui excludat Evaë luctum.  
5 b. Corda nostra tu fecunda  
Fronde, flore, fructibus.  
6 b. Dum admirans intuetur,  
Ab accessu prohibetur,  
Nudos pedes admonetur.

Grad. ms. Longoretense saec. 13. Cod. Parisin. 10 511. — 5 a, 1 Signo  
virgo. — 6 b, 2 accensu. — Leider fehlt der Schluss der Sequenz.

### 94. De Beata Maria V.

- 1 a. Tota pulchra es, amica  
Regis angelorum,  
Virgo prudens et pudica,  
Claritas caelorum.  
2 a. Intus pulchrioribus  
Ornaris virtutibus  
3 a. A verticis caesarie  
Usque imum plantae
- 1 b. Intus pulchra, pulchra foris  
Vere comprobaris,  
Veneranda cunctis horis,  
Mater expers maris.  
2 b. Et decentioribus  
Foris polles moribus.  
3 b. Tu es sine carie  
Te Deo servante.

- 4 a. Nulla virtus est, quae posset  
Cor tuum transcendere,  
Immo cunctas sibi nosset  
Virtutes attrahere,  
Quibus Deo placuisti  
Et choris caelestibus,  
Quibus mundo profuisti  
Perplexo maeroribus.
- 5 a. Summa virtus te virtutum  
In terris constituit,  
Tibi iungi  
Et te fungi  
Cui summe placuit;
- 6 a. Iunctus factor est facturae,  
Iunctus Deus homini,  
Venerandus omni iure  
Iunctus partu virginis.
- 7 a. Deus hominem creavit  
Ad suam imaginem,
- 8 a. Tu es paradiso  
tanto dignior,
- 9 a. O quam pulchra tu fuisti,  
Cum sit factus vultus Christi  
Tibi matri similis,
- 10 a. Si te Deus non vidisset  
Creaturam optimam,
- 11 a. Ergo, virgo, pulchra [tota],  
Nos viles non despice,  
Sed a quavis mentis nota  
Nos mundari perfice.
- 12 a. Solis, lunae vel stellarum  
Splendor parum cernitur,  
Sive virtus planetarum,  
Plene dum attenditur,
- 13 a. Crystallinum vel stellatum  
Caelum vel empyreum  
Non est Deo magis gratum,  
Quam illud hospitium  
Ventris casti, quo celasti  
Iesum Dei filium;  
Hunc in morte virgo pia  
Nobis fac propitium.
- 4 b. Sicut cunctis es facturis  
Vere virtuosior,  
Sic et cunctis creaturis  
Factura venustior;  
Evae prolem denigratam  
Peccati fuligine  
Caeli regi reddis gratam  
Tua pulchritudine.
- 5 b. Unde virtus de supernis  
Te virtutem adiit,  
Ut humanum  
Genus sanum  
Fieret, quod periit.
- 6 b. Iuncta virtus est virtuti,  
Decor pulchritudini,  
Iuncta salus est saluti  
Et dulcor dulcedini.
- 7 b. Ad cuius in te formavit  
Se similitudinem.
- 8 b. Quanto tuus fructus  
est utilior.
- 9 b. Cui tu es voluntate,  
Caritate, pietate.  
Facta non dissimilis.
- 10 b. In matrem non elegisset  
Te sibi carissimam.
- 11 b. Fac, ut tuo placeamus  
Praedilecto filio  
Et felices transeamus  
A mortis exsilio.
- 12 b. Quanta dignae Christi matris  
Fulget virtuositas,  
Quam prae cunctis Dei patris  
Illustravit claritas.
- 13 b. Laus aeterno genitori,  
Laus aeterno filio,  
Nostro pio redemptori  
Sit et veneratio,  
Charismatum infusori  
Mariae solacio,  
Matri Dei, nostrae spei,  
Perpes iucundatio.

Antiph. ms. Brigittin. saec. 16. (Privatbesitz.) — 4 a, 3 Imo cunctas tibi  
nasti. — 4 b, 1 Et cunctis es facturis. — 6 a, 4 Partus.

III.

DE SANCTIS.

---



95. De Omnibus Sanctis.

1. Almae caelorum turmae  
concrepent Alleluia

2 a. In die hac sacrosancta,  
sanctis omnibus splendida,

3 a. Celsa angelorum agmina  
laude iucunda  
Christo resultant organa,

4 a. Quae supra sidera pulchra,  
quaesunt profunda, omnimoda  
quae sunt laudum genera,

5 a. Qui sanctorum gloria  
est et victoria,  
Laus et corona,  
lux atque laetitia,

6 a. O stella maris inclita,  
O domina,  
mundi regina,  
Oratione pia  
tu nostra ablue facinora

7 a. Per suffragia  
tua, beata  
virgo puerpera,

8 a. Vox angelica  
quam clara,  
quae Deo semper concinit  
Alleluia!

9 a. Quae patriarchica  
lustrat plebs atque  
prophetica,

2 b. Quae nobis exstat annua,  
sed iis est continua.

3 b. Mundanaque modulamina  
iam nunc intonant  
praeconia cum laetitia.

4 b. Proclamant voce sonora  
Christum Dominum laudantia  
per saecula omnia.

5 b. Praestans illis talia  
aurea praemia,  
Quae vox humana  
non explicat aliqua.

6 b. Donante Dei gratia,  
Cuius sacra  
rutilant dona,  
Queis aeternae magna  
consequamur vitae praemia

7 b. Porta aurea,  
purpura regis  
atque dignissima.

8 b. Terra que sata  
humana,  
quam beata sanctorum  
sunt agmina.

9 b. Lux apostolica  
mors ac martyrum  
pretiosa.

- 10 a. O praesulum  
perspicua,  
Confessorum praecelsa,  
atque virginea,  
omniaque sancta  
agmina
- 10 b. Quam pulchra sunt  
et quam laeta!  
Trinitatem sanctam  
cernentia per cuncta  
(in) gloria aeterna  
saecula,
- 11 a. Quae miseratione sua  
nos abluat  
ab omni macula
- 11 b. Et sua pietate sola  
sanctis iungat  
in illa patria,
12. In qua sine fine regnat  
pax sempiterna.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10/11. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop.  
ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Collegii Corp. Christi Cantabrigen. 473. B. —  
Miss. ms. Sarum saec. 15. Cod. Londonien. Lansd. 482. C. — 2a, 1 sacra  
sancta C. — 2b, 2 his ABC. — 3a, 3 resultant B. — 3b, 2 intonent C. —  
4a, 2 quae sunt omnimoda ABC; Endassonanz auf a ist sonst stets ge-  
wahrt. — 4b, 1 Proclamat BC. — 6a, 5 absolve C. — 6b, 4 Quis BC. —  
6b, 4 sq. vitae consequimur (consequamur B) magna ABC; die Endassonanz  
empfiehlt Umstellung. — 9a, 1 Ave patriarchica C. — 11a, 1 sua miseratione  
ABC. — 11a, 2 absolutat C. — Melodie nach A: Pretiosa.

#### 96. De Omnibus Sanetis.

- 1 a. O quam dulcis illa vita,  
In qua sancti fulgent ita  
Ut flores cum flagrantia!
- 1 b. Vere dulcis est et bona,  
In qua sanctis crescunt dona  
Illa possidentibus.
- 2 a. Ibi novem angelorum  
Ordines sunt beatorum  
Collaudantes Dominum.
- 2 b. Ibi dominationes,  
Quas collaudant nationes  
Per terrarum circulum.
- 3 a. Ibi decus prophetarum  
Non est vile, sed praeclarum  
Fulget supra sidera.
- 3 b. Sequitur apostolorum,  
Martyrum et confessorum  
Triumphalis acies.
- 4 a. Quae ut rubicunda rosa  
Et ut gemma pretiosa  
Semper ibi rutilat;
- 4 b. Sicut odor violarum  
Virginum et viduarum  
Chorus ibi redolet.
- 5 a. Restat ergo, ut sequamur  
Viam, per quam mereamur  
Illa vita perfrui.
- 5 b. Utinam sic faciamus,  
Ut ipsam possideamus  
Cum sanctis agminibus.

Tractat. ms. S. Bernardi super Cantica canticorum saec. 13. Cod. Vatican.  
Ottob. 138. add. saec. 13. A. — Grad. ms. Franciscano-Romanum saec. 15.  
Cod. Roman. Vitt. Eman. XX (Varia 290). B. — Überschrift in B: „In festi-  
vitate omnium sanctorum sequentia“. — 1b, 2 Quia sanctis B. — Beide Hss.  
bieten die Melodie.

97. De Omnibus Sanctis.

- 1 a. Summa summae deitati  
Laus, aeternae trinitati,  
Patri, nato, flamini.
- 1 b. Clara iugis et devota  
Laus resultet mente tota  
Gloriosae virginis.
- 2 a. Attollatur corde puro,  
Non torpente nec obscuro,  
Dignitas angelica.
- 2 b. Patriarchis ac prophetis  
Cum Baptista sonent laetis  
Cordibus haec cantica.
- 3 a. Apostolicus senatus  
Et cruento laureatus  
Exaltetur populus.
- 3 b. Sint in laude confessores  
Et quas legit quasi flores  
Iesse virgine flosculus.
- 4 a. Isti nobis Christum placent  
Et quicunque tibi placent,  
O beata trinitas.
- 4 b. Ut ex nobis et his cunctis  
Fiat in te, Iesu, iunctis  
Gloriosa civitas.

Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20). A. —  
Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX B. — 2b, 1 ac B. —  
4b, 1 Ut et nobis B.

98. De Omnibus Sanctis.

- 1 a. Alpha et O nominaris  
Tu, qui cunctis dominaris,  
Caeli, terrae quoque maris  
Plasmator et omnium.
- 1 b. Hic tibi dies dicatur,  
Primum primo melos datur,  
Quem factura protestatur  
Trinum, unum Dominum.
- 2 a. Hinc in sanctis hunc laudemus,  
Sed prae cunctis exalteamus  
Iesu matrem, qua gaudemus  
Nostra pelli crimina.
- 2 b. Lunam calcans, leva pressum,  
Sole cincta, firma fessum,  
Stellis compta, para gressum  
Ad virtutum limina.
- 3 a. Ierarchiis praesidentes,  
Summo regi praecinentes,  
Vestras laudes de promentes  
A malis defendite.
- 3 b. Puri, nos purificate,  
Clari, nos illuminate,  
Sancti, nos perfectos date,  
Sic nobis intendite.
- 4 a. Patres Christum figurantes,  
Vates hunc praenuntiantes  
Atque viam praeparantes  
Eius ante faciem,
- 4 b. Quem venturum sperabatis,  
Nunc in caelis conregnatis,  
Ut cernamus hunc, tergatis  
Nostrae mentis aciem.
- 5 a. Caeli verbis intonantes,  
Claris signis coruscantes,  
Gratiam desuper rorantes  
Arefactis cordibus,
- 5 b. Irrigate verbi sata  
Vestro dogmate plantata  
Corda que vitiis foedata  
Expurgate sordibus.
- 6 a. Oculati post et ante,  
Retro culpae excaecante  
Veri solis radiante  
Luce, nos eripite.
- 6 b. Vos gestorum summi regis  
Scribae quoque novae legis,  
Ut delictis sui gregis  
Parcat, intercedite.

- 7 a. Zelatores mandatorum  
Ad instar elephantorum  
Ad bella provocatorum,  
Vecti mori sanguine;
- 8 a. Almi Christi confessores  
Et ecclesiae doctores,  
Vitiorum evulsores,  
Virtutes inserite;
- 9 a. Virginum uterque sexus  
Iunctus per amoris nexus,  
Christi dulces ob amplexus  
Sprevistis luxum saeculi,
- 7 b. Qui pro nobis dimicavit,  
Agni crux vos armavit,  
Vestra prece, quos salvavit,  
Iuvet in certamine.
- 8 b. Qui fideles extitistis  
In paucis, nunc possedistis  
Multas; quos hic genuistis  
Natos, non deserite.
- 9 b. Nos feratis ad vestrarum  
Grata festa nuptiarum,  
Ut tersorem lacrimarum  
Nostris cernant oculi.

Sequent. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Carlsruhan. Geo. 3. — 6 b, 3  
suae. — 7 a, 4 Vue (!) et.

### 99. De Omnibus Sanetis.

- 1 a. Ad honorem salvatoris,  
Intus corde, voce foris  
Concinat haec contio.
- 1 b. Dulcis erit harmonia,  
Si concordent ista tria:  
Cor, os, operatio.
- 2 a. Admirandus est in sanctis  
Suis Deus; sed, cum tantis  
Tandem bonis satiat,
- 2 b. Cur, dum spirant in hac vita,  
Vix respirant, eos ita  
Flagellat et cruciat?
- 3 a. Numquid, Christe pie, odis,  
Quos diversis poenae modis  
Dignum ducis affici
- 3 b. Et attritos in tormentis  
Saepe sinis et consentis  
Dirae neci subici?
- 4 a. Sed non odit, sed explorat,  
Quo affectu quis laborat  
In eius obsequio.
- 4 b. Amat cunctos, probat tamen  
Per sudorem et certamen,  
Quanta sit devotio.
- 5 a. Certant enim contra mundum,  
Hostem nequam et immundum,  
Carnis quoque vitia;
- 5 b. Hac imprimis confessores  
Martyresque formant mores  
Virili constantia.
- 6 a. Est certamen speciale,  
Quod configlit capitale  
Martyri supplicium;
- 6 b. Sed interdum confessori  
Litor deest in litori  
Carnis optans gaudium.
- 7 a. Ob amorem ergo Christi  
Certant il[li, certant] isti,  
Tam mares quam feminae.
- 7 b. Qui plus sudat in agone,  
Plus mercedis et coronae  
Refert pro certamine.
- 8 a. Omnes Deo sunt electi;  
Velit Deus horum flecti,  
Meritis et precibus,
- 8 b. Ut cum dies erit dira,  
Non nos sua subdat ira  
Tartari tortoribus,

9. Sed hunc nostra laudet lyra  
Cum caelorum civibus.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin., 12. C. — Miss.  
Hispalense imp. Hispali 1507. D. — 2a, 2 sed constantis ABCD. — 2b, 1  
spirat ABCD. — 2b, 2 respirat ABCD; vor „eos ita“ ist im Sinne „eur“  
wieder zu ergänzen. — 3a, 1 pia ABCD. — 3a, 3 effici A. — Str. 4a sqq.  
fehlen C. — Str. 4b sqq. fehlen BD. — 6b, 2 Zu litor als Nebenform von  
litus (Diener, Henker) cfr. Du Cange „litores“, oder l. lictor?

100. De Omnibus Sanctis.

- |                                                                                                          |                                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Superni regis curia,<br>Cuius instant sollemnia,<br>Vocis, cordis concordia<br>Te recolat ecclesia. | 1 b. In primis matri virginis,<br>Odoris rosae gemini,<br>Qua datur salus homini,<br>Sit laus ad laudem Domini.  |
| 2 a. Angelorum paeonia<br>Pari sonent laetitia,<br>Ut post carnis exsilia<br>Secum fruamur patria.       | 2 b. Patriarcharum ordini<br>Non cessent hymni concini,<br>Ut nos ascribant nomini,<br>Quo recte gloriamini.     |
| 3 a. Apostolorum gloria<br>Cum martyrum victoria<br>Colantur et eximia<br>Confessorum collegia.          | 3 b. Sit virginum laus lumini<br>Omni que caeli culmini;<br>Suo nos iungant agmini<br>Post huius cursum termini. |

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3 A. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18 B. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin. 12. C. — Miss. His-  
palense imp. Hispali 1507. D. — 1b, 1 matris AC. — 1b, 2 rosi AC. —  
2b, 2 hymnus AC. — 2b, 4 recti BD. — 3a, 3 Colatur AC. — Str. 3b fehlt  
BD. — 3b, 2 Omniumque AC.

101. De Omnibus Sanctis.

- |                                                                                                     |                                                                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Omnes simul iucundemur<br>Et cunctorum veneremur<br>Sanctorum sollemnja.                       | 1 b. Hi sunt mundi contemptores,<br>Angelorum sectatores,<br>Ut docet ecclesia.                           |
| 2 a. Hunc imprimis collaudemus,<br>Illi primi laudem demus,<br>Qui creavit omnia.                   | 2 b. Exaltemus consequenter<br>Illam matrem, quae decenter<br>Est repleta gratia.                         |
| 3 a. His summi chori caelitus<br>Adnectatur contio,<br>Qui natura est spiritus,<br>Angelus officio. | 3 b. Patriarchis et prophetis<br>Adplaudant paeonia,<br>Quibus fide et spe spretis<br>Summa datur gloria. |

- 4 a. Lucem mundi, solem terrae  
Laude decet nos efferre,  
Sicut iubet veritas.  
4 b. Hos sequantur Christi testes,  
Dum dealbant suas vestes,  
Agni tenent semitas.  
5 a. Confessorum sacer chorus  
Et virginum castus thoros  
His intra sunt laudibus.  
5 b. Dignos laude iudicavit  
Christus quosque laureavit  
In paternis sedibus.  
6 a. Nos, quos vergit in hoc mundo  
Vita lapsus quotiens,  
6 b. Quos demergit in profundo  
Charybdis insiliens,  
7 a. Horum preces imploremus  
Et reatus propere  
7 b. Omnes faeces expiemus  
Corde, ore, opere.  
8 a. Non avertat ab hac laude  
Flagitium quempiam,  
Quisque vertat et a fraude  
Mentem mutet turpiam.  
8 b. Qui accusat se fallacem,  
Ad Deum convertitur,  
Et excusat se veracem,  
Hunc Deus fatebitur.  
9 a. Qui nos monet interesse  
Sanctorum sollemnisi,  
9 b. Nobis donet secum esse  
In aeternis gaudiis.

Oration. et Sequent. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. —  
3 a, 2 Adnectatur cunctis. — 6 b, 1 demergat. — 8 a, 4 mutat. — 8 b, 4 Hinc.

### 102. De sancto Adalberto.

- 1 a. Consurgat in paeonia  
Universa Polonia  
Reboans prece sedula;  
1 b. Festiventur praegrandia  
Adalberti sollemnia,  
Laudes tonet vox credula.  
2 a. Hic suorum facinore  
Martyr praeditus honore  
Exsulavit de patria;  
2 b. Boleslai cum favore  
In praesulem sueto more  
Sumitur in Polonia.  
3 a. Per quem dempta metropolis  
Slavae gentis ab idolis  
Est gratiae restaurata;  
3 b. Docta fidei symbolis  
Curatur Satanae dolis,  
Spe salutis roborata.  
4 a. Qui cum vellet vitae viam  
Subduxisse in Prussiam,  
Gens trux scelere privatur;  
4 b. Nam hostis ob invidiam  
Fert in Prussos zizaniam,  
Sanctus mucrone necatur.  
5 a. Gens perfida, gens delira,  
Cernens factorum tot mira,  
Cur perimis sanctum Dei?  
5 b. Cur tibi tam cervix dira?  
Te spectat perennis pyra,  
Ni velis labe revehi.  
6 a. Hinc halitus almi donis  
Fertur corpus a Polonis  
Et in Gnezna tumulatur;  
6 b. Ubi signa, prodigia:  
Claudi sumunt vestigia,  
Caecis visus reformatur.  
7 a. Varia pestis sedatur,  
Vis daemonis vacuatur  
Summi regis potentia,  
7 b. Poscimus, quatenus per te,  
O beate Adalberte,  
Defensem Polonia.

Officia. ms. Tridentina anni 1473. Cod. Palat. Vindobonen. 1795. —  
Mit Melodie. — 1 b, 3 tonat.

103. De sancto Aegidio.

- 1 a. Ore, corde, manu purus,  
De mercede iam securus  
Psallat chorus noster, murus  
Fortis contra vitia.
- 2 a. Graecus fuit natione,  
Constans in oratione,  
Facto placens et sermone,  
Plenus Dei gratia.
- 3 a. Puer erat, vestem dedit  
Aegro cuidam, salus reddit,  
Hac accepta morbus cedit  
Cum omni molestia.
- 4 a. Multos aegros liberavit,  
Daemoniacos curavit,  
Mortuum resuscitavit  
Divina potentia.
- 5 a. Quoddam Karoli peccatum,  
Regis Franciae, celatum  
Est huic sancto revelatum  
Angeli praesentia.
- 6 a. Nunc in caelis coronatus  
Nobis est adiutor datus,  
Nam exaudit invocatus  
Grata dans auxilia.
7. Ubi tecum gloriantes  
Canamus Alleluia.
- 1 b. Sunt beati confessoris  
Aegidii, oratoris  
Veri Dei et cultoris,  
Hodie sollempnia.
- 2 b. Vere debet venerari  
Iste sanctus et amari,  
Qui virtutes operari  
Coepit ab infantia.
- 3 b. Fides eius Deo grata,  
Quo volebat, tulit data  
Sibi a papa celata  
Cupressina ostia.
- 4 b. Gotis dans hilaritatem,  
Removens sterilitatem  
Terrae dedit ubertatem  
Sua per suffragia.
- 5 b. Haec et plura mira facta  
Sunt per eum olim acta,  
Quae in scriptis sunt redacta  
Pro ipsius gloria.
- 6 b. Nos exaudi supplicantes  
In hoc festo te laudantes,  
Pie pater, et laetantes  
Duc ad caeli gaudia,

Sequent. ms. Aquilegiense saec. 14/15. Cod. Semin. Goritian. I. Mit Melodie. — 3 a, 2 Ergo cuidam.

104. De sancta Agatha.

1. Eia, organica cantica,
- 2 a. Harmonica cuncta genera,  
hydraulica musica
- 3 a. Nostra phalanx parvula  
simul atque iubilans,  
dic Alleluia  
in hac diecula,
- 2 b. Dulcisona clangant Alleluia  
per aeona tempora.
- 3 b. In qua sancta Agatha  
spernens cuncta terrea  
laeta superna  
captavit praemia.

- 4 a. Gaudeat nunc et virginea  
sacra turma,  
clarissima,  
serta gestans duplicata  
florida,
- 4 b. Cui sociata Agatha,  
virgo alma,  
cyanea  
atque crocea corona  
rutilat.
- 5 a. Ergo sancta  
nos Agatha \*  
prece sua custodiat, \* \*  
\* \*  
Quo calcantes \* \*  
universa rurica
- 5 b. Ad aeternam  
\* transferamur patriam,  
In qua sancta  
\* sine fine  
regnat [cum] sapientia.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. A. —  
Grad. ms. incert. origin. anni 1071. (Nach Georgius l. c. III, 460). B. —  
2a, 2 ydrolica B. — 2b, 1 clangat A. — 2b, 2 ferrea A. — 3a, 2 atque  
iubilans A; iubilas B. — 3b u. 4b umgestellt A. — 3b, 1 Agathes B. —  
3b, 2 praeter cuncta B — 3b, 3 laeta fehlt A. — 4a, 1 et fehlt AB. —  
4a, 2 turba B. — 4b, 1 Agatha fehlt A, Agathes B. — 4b, 3 cyranea A,  
eyonea B. — 4b, 5 rutilans B. — 5a, 1 sq. nos sancta A. — 5a, 2 Agathe  
B. — 5a, 3 preces suas B. — 5a, 4 calcata B. — 5a, 5 universa doppelt  
A; lurica B (rurica wohl = terrena; oder l. ludrica?). — 5, 2 transeamus  
B. — 5b, 5 regnant A.

### 105. De sancta Agatha.

- 1 a. Ave, virgo, dedicata  
Summo regi, desponsata  
Et coniuncta foedere;
- 1 b. Gloriosa claruisti,  
Sicut stella splenduisti,  
Velut sol in aethere.
- 2 a. Adfuerunt te scrutantes,  
Defecerunt promittentes,  
Sunt confusi nequier.
- 2 b. Torsiones et flagella,  
Ignem et ferrum, puella,  
Superasti fortiter.
- 3 a. Hic advenit Simon Petrus,  
Curat angelorum coetus  
Condiditque virginem.
- 3 b. Agatha nobilitatis,  
Esto nostra advocatrix  
Ad supernum iudicem,
- 4 a. Ut ab igne vitiorum  
Et a poena damnatorum  
Possimus evadere.
- 4 b. Sancta sponsa digna Christi,  
Quae tot signis claruisti,  
Fac nos caelum scandere.

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n. — 2b, 2 ferrum et.

### 106. De sancto Agilolpho.

- 1 a. Adest dies laetitiae,  
In quo sidus iustitiae  
Fulgidum emicuit;
- 1 b. De profundis tenebrarum  
Divinitus lumen clarum  
Ortum mundo claruit.
- 2 a. Agilolphus, Deo gratus,  
Agrippinae pastor datus,  
Inflammatus caelitus,
- 2 b. Firmans fidem, formans mores,  
Legis sacrae perversores  
Superavit penitus.

- 3 a. Hic sanctitatis speculum  
Et doctrinae spectaculum,  
Vas virtutum omnium,
- 4 a. Cum mittitur a Karolo  
Pro conservando populo,  
Amblanam progreditur;
- 5 a. Sic Christi factus hostia  
Caelorum transit ostia,  
Cum palma martyrii.
- 6 a. In tam felici transitu  
Columba candidissima  
Eius ore processit
- 7 a. Et crux rubricata  
Talis athletae grama  
Servant viriditatem,
- 8 a. Martyrum gaudie contio,  
Tali tantoque socio  
Innocenter mortuo,
- 9 a. Sexus et gradus populi,  
Singulariter clerici,  
Mariae Colonia
- 10 a. Eia, pastor noster bone,  
Memor sis proprii gregis  
Custos et praesidium,
- 3 b. Regis consiliarius  
Legis et operarius,  
Bonus pastor ovium.
- 4 b. Tunc Reginfridi gentibus  
Helprique crudelibus  
Invasus occiditur.
- 5 b. Aegri currunt et curantur,  
Laesi, claudi reparantur  
Meritis Agilolphi.
- 6 b. Signans, quod absque gemitu  
Anima beatissima  
Sic superos accessit.
- 7 b. Cuius morte sunt signata  
Hodie designantia  
Martyris sanctitatem.
- 8 b. Quem laudet et devotio  
In laudum exercitio  
Et concentu mutuo.
- 9 b. Qui ad gradus canonici  
Vel Malmundae sunt monachi,  
Devota symphonia.
- 10 b. Pertingamus ut, patronae,  
Favore superni regis  
Sanctorum fastigium.

Miss. ms. Noviomagense saec. 15. Cod. Mus. Noviomagen. Ia Nr. 2. A. —  
Antiphon. et Grad. ms. S. Mariae ad Gradus saec. 15/16. Cod. Capit. Colonien.  
s. n. B. — 1 a, 2 laetitiae B. — 1 b, 2 rarum A. — 3 a, 1 Sic A. — 3 b, 2  
Et legis A. — 4 a, 3 Amblanam l. Ambianum? — 4 b, 1 Regni fridi B. —  
4 b, 2 Helperici A. — 4 b, 3 Invasis A. — 8 b, 1 laudent B. — 10 b, 2  
superare regis A. — Nach dem gleichen Schema, vielfach ganz gleichlautend,  
geht die Sequenz auf Evergislus (s. unten Nr. 186).

### 107. De sancta Agneta.

1. Ecce iam, sancta Agnes,  
aetheris te chorus laudat,  
quae nunc fulges beata,
- 2 a. Quique iubilat  
veluti decantans,  
pneumata concrepans  
lyrica;
- 3 a. „O mansueta  
virginum agmina, quae  
nunc fulget in arva!“
- 4 a. Sic ὄμένος  
et inscia
- 2 b. Suscitans laudum  
coetus vernantia  
hodie gloriosa  
resonat:
- 3 b. Ἡ οὐ πονράντε  
ἔρως, τὰς ἀμαρτίας  
τοῦ cosmi eleison!“
- 4 b. Τοῦ πατρός γε  
μονογενεῖ

- |                                                       |          |                                                             |
|-------------------------------------------------------|----------|-------------------------------------------------------------|
| 5 a. Polo resultat mox<br>virginalis aula.            | *      * | 5 b. Adportabat beata<br>Agnes manibus<br>rosas virginibus; |
| Sic reddit iocosa<br>musica campi                     | *      * | Coeperuntque cantum                                         |
| praelata floribus;                                    | *      * | novum assumere:                                             |
| 6 a. Αόξα<br>ἐν ὑψίστῃ, ἡ θεός, το,<br>pater χριστῶν. |          | 6 b. „Αόξα,<br>κύριε καὶ βασιλεύων,<br>Iesu Christe,        |

7. Eleison, Amen.

Grad. ms. incert. origin. anni 1071 (Nach Gergius l. c. III. 457). — 1, 2 chorus fehlt. — 1, 3 fulget. — 2a, 2 velvet. — 2b, 2 caeci vernantia. — 2b, 3 hodie zweisilbig. — 3a, 1 mansuetas. — 3a, 3 fulget ist nicht auffallend; bei einem Subjekt gen. neutr. im Plur. steht öfters das Verbum finit. im sing. (vgl. Anal. VII. S. 13, Nr. 4). — 3b, 1 sq. O eporaniae erotas amartia. — 4a, 1 Sit inmenos. — Ich konstruiere: Sic et (= etiam) ὑμένος (thori) inscia virginalis aula mox [in] polo resultat τῷ τοῦ πατρός γε μονογενεῖ. — 4b, 1 sq. Tu patros kemonogenis. Bei „Tu“ kein Alinea, welches aber der Parallelismus erheischt. — 5b, 1 Asportabat. — 5b, 3 rosas deferens virginibus. — 6a, 1 sq. Doxa enipististi (offenbar — Gloria in excelsis) o theos tu pater craton. — 6b, 1 sq. Doxa kyrie e basileon. — Leider fand ich den Text dieser jedenfalls sehr interessanten Sequenz in keiner anderen Quelle; Georgius, wie man sieht, bietet ihn als ungenießbar. Ob er in der vorgelegten Gestalt dem Originale nahe kommt?

### 108. De sancta Agneta.

- |                                                                                  |                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Hodierna lux diei<br>Dies est beatae spei<br>Et salutis animae;             | 1 b. In hac die collaudatur<br>Agnes virgo, dum locatur<br>In sanctorum agmine.             |
| 2 a. In aetate iuvenili,<br>Corde tamen iam senili<br>Mundum fugit penitus;      | 2 b. Viri thorum detestatur,<br>Iesum Christum protestatur<br>Sponsum suum caelitus.        |
| 3 a. Propter fidem salvatoris<br>Denudatur veste foris,<br>Sed crine contegitur. | 3 b. Locum foedum fecit sanctum,<br>Dum compescens patris planetum<br>Natus vitae redditur. |
| 4 a. Ignem intrat copiosum,<br>Populum seditiosum<br>Flamma crescens concremat.  | 4 b. Orat virgo stans in igne,<br>Exaudita quidem digne<br>Vocem laudis concrepat.          |
| 5 a. Ferro tandem iugulatur,<br>Angelorum sociatur<br>Coetibus in gloria.        | 5 b. Stant adfines ad sepulcrum,<br>Vident agnum Dei pulchrum<br>Praecellentem omnia.       |
| 6 a. Chorum cernunt virginalem,<br>In quo locum speciale<br>Tenet beatissima.    | 6 b. Ad reginam currit fama,<br>A sepulcro reddit sana,<br>Fit christianissima.             |



- 7 a. Mundum spernit propter Deum,  
Et Agnetis mausoleum  
Cumulat honoribus;  
7 b. Crescit fides castitatis  
Multis secum congregatis  
Ibidem sororibus.  
8 a. O miranda salvatoris  
Et laudanda cunctis horis  
Tam mira potentia,  
8 b. Per quam Agnes triumphavit,  
Mundum quoque illustravit  
Felici memoria.  
9 a. Omnes ergo gratulemur  
Et Agnetem deprecemur  
Sic dicentes pariter:  
9 b. Agnes, agnum roga Christum,  
Ut conservet locum istum  
Et defendat iugiter.  
10 a. Nosque tua sancta prece  
A gehennae salvet nece  
Et peccati macula,  
10 b. Ut cum ipso simus tecum,  
Qui donavit, ut sis secum  
Per aeterna saecula.

Grad. ms. S. Agnetis Bononiensis saec. 14. in. Cod. Mus. Bononien. 12.  
A. — Grad. ms. Praedicatorum saec. 14/15. Cod. Civitaten. XLVI. B. — Grad.  
ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Esten. Mutinen. XI H 3. C. — Miss.  
Praedicatorum imp. Venetiis 1523. D. — 2b. 1 Veri D. — 3b, 1 fecit D. —  
9a, 3 puriter B.

### 109. De sancto Agnete.

- 1 a. Sospitati dat augustam  
A leprae contagio;  
1 b. Castum reddit sacerdotem  
Eius desponsatio.  
2 a. Capillorum angelorum  
Vestitur suffragio;  
2 b. Suscitur suffocatus  
Maechus a daemonio.  
3 a. O quam probat sanctam Dei  
Flammarum divisio!  
3 b. Sed ut agnus iugulatur  
Agnes ab Aspasio.  
4 a. Ergo laudes det Agneti  
Haec devota contio;  
4 b. Nam ut agnus sociatur  
Agnes agno socio,  
5. Fulgens ostenditur.

Miss. Romanum imp. Parisiis 1517. A. — Miss. Romanum imp. Parisiis  
1523. B. — 4a, 1 dent AB. — Melodie natürlich: Sospitati dedit aegros.  
Dieses Schema eignet zunächst den Verbeten; die Quellen zeugen aber hier  
für die Verwendung als Sequenz.

### 110. De sancto Albano.

1. Albanus roseo cruore  
compsit haec sollemnia.  
2 a. Qui gratia divina  
evocatus ad astra  
fide atque miranda  
claruit vita,  
2 b. Trinitatis gloriam,  
unitatis naturam  
praedicans Arriana  
vicit dogmata.  
3 a. Studia  
tam pia  
gerens in fide catholica,  
3 b. Ad regna  
superna  
lucra deportavit maxima.

- 4 a. Post multa  
exacta proelia  
tyrannide [vesana]  
potitur corona;  
5 a. O Albane  
martyr, ave,  
dux in regis curia,
- 4 b. Sanctorum  
sancto consortio  
cum martyrii palma  
plena sunt gaudia.  
5 b. Pelle mala,  
praebe bona  
in sanctorum patria,

6. Quo fruamur vita aeterna.

Miss. ms. Salisburgense saec. 15/16. Clm. Monacen. 15719. A. — Miss. ms. Sanblasianum anni 1466. Cod. S. Pauli ad Laventum ex Sanblasian. memb. 59. B. — 2b, 3 Arriam A. — 3b, 1 Initiale fehlt AB. — 5a, 3 regia B.

III. De sancto Albano.

1. Gaude, mater ecclesia,  
Festa ducens sollemnia  
Sancti Albani martyris.
- 2 a. Lux advenit veneranda,  
Lux in choris iubilanda  
Luminosis cordibus.
- 2 b. Cuius laeta lux diei  
Refert nostrum sanctum Dei  
Decantandum laudibus.
- 3 a. Qui in caelis coronatus  
Est patronus nobis datus  
Iesu dono salvatoris.
- 3 b. O quam purus adolevit  
Puer sanctus, cum quo crevit  
Mentis innocentia.
- 4 a. Adulescens amplexatur  
Literarum studia,
- 4 b. Alienus et immunis  
Ab omni lascivia.
- 5 a. Hunc divinus adimplevit  
Spiritus, in quo quievit  
Ab eius infantia.
- 5 b. Fit salutis speculum  
Morumque spectaculum,  
Vas virtutum omnium.
- 6 a. Carnis pudicitiam  
Et baptismi gratiam  
Conservat viriliter.
- 6 b. In studiis sic profecit,  
Quod profunda patefecit  
Arcana divinorum
- 7 a. Laurea digne insignitus,  
Plene certe eruditus  
Supra multos magistrorum,
- 7 b. Verbi semen seminavit  
Errores exterminavit  
Verbo pugnans fortiter.
- 8 a. Hic est mitis atque fortis  
Victor mortis,  
Dei pollens gratia,
- 8 b. Qui labores et sudores  
Et dolores  
Pertulit pro gloria.
- 9 a. Cum non cedit hostibus  
Resistens haeresibus,  
Iusti sanguis funditur.
- 9 b. Prodit martyr conflicturus,  
Sub securi stat securus,  
Consummatur gladio.
10. Se cadaver non erexit,  
Truncus truncum caput vexit,  
Quo ferentem hoc direxit  
Angelorum legio.

- 11 a. Stupenda patent signa  
Post mortem quam in vita  
Divinae potestatis ;
- 11 b. Quae,naturam dum transcendunt,  
Argumenta clara reddunt  
Huius vitae sanctitatis.
- 12 a. Vita functi reducuntur,  
Claudi, caeci reponuntur  
Membrorum ad officia.
- 12 b. Surdi, muti reparantur,  
Aegri cuncti liberantur  
Per ipsius suffragia.
- 13 a. Albane, doctor veritatis,  
Veni cum dulcedine  
Et in regno claritatis  
Duc tuo precamine.
- 13 b. Mane nobis tunc auditam  
Fac Dei clementiam,  
Ad aeternam perduc vitam  
Per divinam gratiam.
- 14 a. O interpres verbi Dei,  
Ad caelestis nos diei  
Perduc luminaria.
- 14 b. Nos ad portum ex hoc fluctu,  
Nos ad risum ex hoc luctu  
Tua trahat gratia.

Grad. ms. Mosaetraiectense saec. 15. Cod. Hagen. J 7. — 2b, 2 nostro  
sancto. — 9a, 2 haereticis. — Die Sequenz ist ein Muster, wie aus  
zusammengetragenen Bruchstücken ein neues Ganzes schlecht zusammen-  
geflickt wird. Die Melodie soll sein: „Lauda Sion“; aber wie? Es  
stehen sich musikalisch parallel gegenüber: Str. 1 u. 2a; 2b u. 3a; 3b  
+ 4a + 4b u. 5a + 5b'; 10 u. 11a'; 11b u. 12a; 12b u. 13a'; 13b, 14a  
u. 14b werden unter die gleiche Melodie gezwungen. — Aus technischen  
Gründen habe ich davon abgesehen, diesen Parallelismus der Melodie bei  
Anordnung der Strophen zur Anschauung zu bringen.

## 112. De sancto Alexio.

- 1 a. Phaleratus vitiis  
Hostis, praegnans exitiis,  
Prostratus est supinus,  
Dum stupor mirificus  
Deificus  
Mundum cupivit minus.
- 1 b. Linquens patris palantium  
Sponsae fugit solacium,  
Spretum amictum sumens  
Mendicando pascitur,  
Qui noscitur  
Ut princeps gazis tumens.
- 2 a. Adoptati  
Lucis nati,  
[Hunc] canite psallendo;  
Trabea carnis latuit,  
Altissimo quo placuit  
Angelice vivendo.
- 2 b. Navem mari  
Scandens lari  
Dulci renuntiavit,  
Civitatem in Edissam  
Venit vestem portans scissam;  
Se foribus aptavit
- 3 a. Virginis basilicae  
Mariae, matris piae,  
Victum quaerens mendice,  
Deifice,  
Cum annis ibi decem septem,  
Marcebat ut despectus.
- 3 b. Sanctus tandem proditus  
Venerabatur die,  
Aufugebat concitus  
Ut profugus,  
Laodiceam sibi navem  
Captabat allectus.

4 a. Tarsum volens Ciliciae  
    Freto remigare  
    Natu Dei Romanicae  
    Flatu ventorum  
        urbi propinquare  
    Coepit, patrem contuens  
        Matremque, sponsam piam,  
    Quos vir Dei pertransiens  
        Ad patriae  
            caelestis tendens viam.

5 a. Servi tamen  
    peccato servientes,  
A vetitis  
    cavere non valentes  
Coquinæ squaloribus,  
Iniuriis, doloribus  
    Omnigenis  
        sanctum lacessarunt.  
Qui patienter sustinens,  
Grates Deo referens,  
Quod pati pro eo  
    dignus fuit,  
Qui mortis saevae  
    crucem non effugit,  
His se tradens,  
    Qui fel, acetum  
        sibi propinarunt.

6 a. Plangite gaudentes,  
Gaudete plangentes,  
Mira miranda  
    mente revolventes!  
Venis de caelo  
    vox in sanctuario  
„Sanctum“ dicens  
    „quaerite in solario  
Eufemiani,  
    pro vobis ut oret“;  
Qui inventus  
    vultu ut rosa floret.  
Currunt ad hoc spectaculum  
    Papa cum Innocentio  
        imperatores,  
Mortis cernentes iaculum  
Angelica sub forma latitare,  
Cornuscare  
    Mortuum ut paradisi flores.

4 b. Patrem propter Alexium  
    Rogans, suum natum,  
Largiri sibi ferulum,  
    Ut faciat hunc  
        Dominus beatum.  
Gemens pater recipi  
    Mox iussit peregrinum  
Ipsumque digne refici  
    Sibi mittens  
        cottidie catinum.

5 b. Demum labo-  
    ris bravum instabat,  
Incognitus  
    annis qui latitabat  
Decem atque septenis  
Afflictus diversis poenis  
    In aula  
        patris Eufemiani,  
Vitae totius seriem  
Scribens et maneriem,  
Cartulam [in] manu  
    sua claudens,  
Fallentem mundum  
    deserendo gaudens,  
Christo reddens  
    Spiritum, fraudes  
        vincens hostis vani.

6 b. Cartulam cernentes  
Vulgus et parentes  
Extrahere de  
    manu non potentes,  
Nisi Romanus  
    pontifex devotus,  
Qui flens legens  
    palam; sic patri notus,  
Matri, sponsae  
    primum fit tunc Alexius.  
Heu, cordibus  
    eorum nil perplexius  
Imprimitur; insaniunt,  
    Pilos evellunt, scindunt,  
        rumpunt, vestimenta,  
Carnem diserpunt, laniunt,  
Incitantes astantes ad ploratum,  
Ululatum.  
Morborum aufugint tormenta.

7 a. Ad templum Bonifatii  
 Imperatores divi,  
 Arcadius, Honorius,  
 Ac praesul Innocentius  
 Umeris, palmis propriis  
 Cum hymnis et canticis  
 Sanctum corpus  
 devotius portarunt,  
 Odor de quo  
 fragrabat dulcissimus.  
 Piissimus  
 Confessor Alexius  
 pro nobis sit prelator.

7 b. Cui culmen palatii,  
 Ubi de fonte rivi  
 Emanant purissimi,  
 Qui Christus est, dulcissimi,  
 Post hoc Vae fac, ut scandamus,  
 Barathri ne nos hamus  
 Mergat, sed qui  
 canere non cessarunt  
 „Sanctus, Sanctus“,  
 nos laetos suscipiant,  
 Allicant,  
 In aevum ubi trinus (et unus)  
 regnat orbis plasmator.

Miss. ms. incert. origin. anni 1363. Cod. Musaei Hung. Pestinen. 91. A. —  
 Miss. Misnense imp. Lipsiae 1510. B. — 1 a, 2 pugnans B. — 2 b, 1 sq. scandens mari B. — 2 b, 2 sq. dulci lari B. — 3 a, 3 petens A. — 3 a, 5 decem ibi B. — 4 b, 1 sq. fehlt A. weil die Hs. beschädigt ist. — 5 a, 8 lacesserunt B (Korrektur!). — 5 a, 11 Qui pati A. — 5 b, 5 et septenis B. — 5 b, 8 regis A. — 6 a, 1 Die erste Silbe von Flangite fehlt A. — 6 a, 4 recolentes A. — 6 a, 20 fiorem A. — 6 b, 16 laniant (Korrektur!) B. — 6 b, 17 Incitant A. — 6 b, 19 ab aegris fugiunt fomenta AB. — 7 a, 2 Imperatoris B. — 7 b, 8 cessant B.

### 113. De sancto Alexio.

- |                                  |                                   |
|----------------------------------|-----------------------------------|
| 1 a. Mundi pompaे contemptorem,  | 1 b. Paupertatis amatorem,        |
| Verae doxae dilectorem           | Castitatis servatorem             |
| Laudemus Alexium,                | Penitus innoxium.                 |
| 2 a. Hic pauper voluntarius,     | 2 b. Sed Christo fore carius      |
| Quod bonum nunc est rarius,      | In multis evidenter               |
| Fuit in divitiis;                | Patuit prodigiis.                 |
| 3 a. Esse domi sponsae iunctus   | 3 b. Sacro flamme perunctus       |
| Potuit et iuste functus          | Hanc reliquit, pauper cunctus     |
| Sacro matrimonio;                | Spreto patrimonio.                |
| 4 a. Spernens noxia cum Saulo    | 4 b. Navem scandit dato naulo,    |
| Vovit licita cum Paulo           | Ut sic terram sanctam paulo       |
| Studiose quaerere.               | Posset post invisere.             |
| 5 a. Hunc uterque parens plorat, | 5 b. Sancta sposa cum his orat,   |
| Et medullitus implorat           | Cuius mentem dolor forat          |
| Pro salute filii;                | Coniugis exsilia.                 |
| 6 a. Degentem cum pauperibus     | 6 b. Per novenos uno minus        |
| Orantem et frequentius           | Annos hunc Edissae sinus          |
| Mentis flexo poplite             | Fovit, urbis Syriae.              |
| 7 a. Virum custos non sinebat    | 7 b. Qui, dum laesus sic tacebat, |
| Hunc orare, dum volebat,         | Illum semel arguebat              |
| Semper in ecclesia;              | Virginis iconia.                  |

- 8 a. *Ab Edissa post recedit,  
Vanitati vanae cedit  
    Tarsum volens petere;*
- 9 a. *Hospes factus in propria,  
Mundi quaerens opprobria,  
    Incognitus latebat;*
- 10 a. *Migraturus ad aethera  
Nomen scribit et munera,  
    Quae sponsae dereliquit;*
- 11 a. *Nolens tamen sic latere  
Rex caelorum hunc patere  
    Voce fecit caelica,*
- 12 a. *Quem inventum venerantur,  
Cartam legunt et scrutantur,  
    Quae vir Dei scripserat;*
- 13 a. *Tumulatus cum honore  
Planctus fugat cum dolore;  
    Templo Bonifatii*
- 14 a. *Caecus videt, mutus fatur,  
Surdus audit et laetatur  
    Tuis sanctis precibus,*
- 8 b. *Ostiae sed sic accedit  
Nutu Dei et procedit  
    Patris domum visere.*
- 9 b. *Caeli terebat atria  
Pernoctans in vigilia  
    Carnemque premebat.*
- 10 b. *Mortisque solvens foedera,  
Invisus scribens opera  
    Sancta mundum reliquit.*
- 11 b. *Quae papam et reges vere  
Provocavit hunc videre  
    Suavitate melica.*
- 12 b. *Sed parentes lamentantur  
Et pro nato cruciantur,  
    Sponsa crines lacerat.*
- 13 b. *Martyris laudatur ore,  
Cunctorum replens odore  
    Patriam solacii.*
- 14 b. *O Alexi, venerantur  
Qui te, fac, ut decernantur  
    Cum beatis omnibus.*

Miss. ms. Belisionum saec. 15. Cod. Bruxellens. 9786—90. A. —  
Oration. ms. Windesheimense anni 1508. Hs. der Wiener k. u. k. Familien-Fidei-Kommiss-Bibliothek 7955 B. — 1a, 2 delectorem A. — 4 a, 3 Studiose gratiae B. — 6b, 2 huic B. — 8 a, 2 navi cedit B. — 9 a, 2 gerens B. — 9b, 1 tenebat B. — 12 a, 3 Quam A. — 14b, 1 veneratur A. — 14b, 2 decernatur A; decorantur B. — Cfr. Anal. Bolland. VI, 392.

#### II4. De sancto Amore.

1. *Eia, nunc promanus  
Domino laudes dignas,*
- 2 a. *Hanc diem sanctam qui suo  
initiavit  
venerari Amori;*
- 3 a. *Hodie saeculo  
est abreptus  
atque vectus  
caelorum altis sedibus;*
- 4 a. *Nam mitis, castus,  
dulcis, benignus  
fuit et quietus  
et pacificus;*
- 2 b. *In qua mortem reliquerat  
ac vitam felix  
sumpserat florigeram.*
- 3 b. *Quae olim lacrimans  
seminavit,  
pergaudendo  
feliciter nunc colligit.*
- 4 b. *Et totas mundi  
spreverat pompas  
caelorum quaesivit  
et divitias.*

- 5 a. Patrem atque matrem deserens  
patriamque tunc respuens,  
6 a. Et iam huic factus advena  
nunc constat caelicola,  
7 a. Israelita verus,  
in quo non erat dolus,  
refulgebat virtutum  
dote praevius.  
8 a. Talibus gradibus  
caeli scandebat ascensus,  
9 a. [O] patrone noster  
unice,  
tu ad nos respice  
semper mitissime;  
10 a. Hostem fuga,  
pacem dona,  
crimen nostrum relaxa,
- 5 b. Exsul esset huic saeculo  
et tutus coram Domino.  
6 b. Secutus pium verbigenam  
tenet, ecce, palmulam.  
7 b. Caecis visum praebebat  
languidosque curabat  
daemonesque fugavit,  
captos redemit.  
8 b. Ubi cum Domino  
potitur vero gaudio.  
9 b. Tu nobis sedulo  
insere,  
quo tibi possimus  
iure deservire.  
10 b. Ut post metam  
huius vitae  
iter caeli scandere

11. Mereamur Christo donante.

Miss. ms. Mosaetraiectense saec. 15. Cod. Hagen. I 10 A. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. B. — 2 a, 1 sibi B. — 2 a, 2 iudicavit A; eine Silbe zu wenig. — 2 b, 1 morte A. — 2 b, 2 atque AB. — 3 a, 2 ademptus A. — 3 b, 4 collegit A. — 6 a, 1 iam fehlt AB; hic B. — 8 b, 1 Ibi B. — 9 a, 1 tu fehlt A. — 9 b, 1 In B; visere B. — 10 a fehlt B. — 10 b, 3 caelo B. — Melodie offenbar: *Eia turma*. Im Verhältnis zur Stammsequenz zeigt 4 a, 2 und 4 b, 2 eine Silbe zu viel, 8 a, 2 und 8 b, 2 sowie 9 a, 3 und 9 b, 3 hingegen eine zu wenig. — Cfr. Anal. Bolland. VI, 393.

115. De sancto Andrea.

1. Pater summe,

- 2 a. Praeconia  
reddimus tibi debita,  
3 a. Est namque dignum,  
ut lauderis  
ab ecclesia,  
4 a. Tu quippe scelera  
eius lavisti maligna,  
5 a. Talibus pro pietatis  
donis reddit vota  
6 a. Quibus poscit  
tuam adipisci  
misericordiam.
- 2 b. Ut valeant  
eadem fore placita.  
3 b. Pro qua cruoris  
effusa sunt  
sacra flumina.  
4 b. Quae erat squalida  
ante baptismata sacra.  
5 b. Et supra stellarum loca  
dirigit cantica,  
6 b. Una, sancta  
trinitas, relaxa  
nostra facinora

7. Andreae sancti sacra  
per merita.

Grad. ms. Bobbiense saec. 12. Cod. Taurinen. F IV 18. — 2 a, 1 Praeconiam. — 2 a, 2 debitam. — 5 a, 1 proprietatem. — 6 b, 1 sq. Una trinitas sancta.

116. De sancto Andrea.

- 1 a. Exsultantes concinamus  
Triformi concordia,
- 2 a. Hic virilis nuncupatus,  
Piscens, hamans est hamatus,  
Captus hamo gratiae.
- 3 a. Fit pescator  
Novus pastor,  
Sequens regem  
Quaerit gregem,  
Quem errantem didicit.
- 4 a. Lex invito suffragatur,  
Lumen caeco reparatur,  
Ac de morte suscitatur  
Natus ex Demetrio.
- 5 a. Mirantur hunc Byzantium,  
Philippi, Nicomedia,  
Mare, litus, navigium,  
Macedones, Achaia;
- 6 a. Dum Marmedon gens vesana  
Servos Dei cibum quaerit,  
Christo nata via plana  
Moriturus vitam gerit  
Custodum exitio.
- 7 a. Duri gente,  
Duri mente  
Dure castigantur  
Eorum nequitia.
- 8 a. Patras, finis victoriae,  
Parat coronam gloriae,  
Dum docet, dum recluditur,  
Dum cruci vinctus figitur.
- 9 a. Crucis triumphus quaeritur,  
Nec se deponi patitur,  
Sed vita in hac redditur  
Magistri per mysteria.
- 1 b. Plausu mentis, oris, vocis  
Andreae paeconia.
- 2 b. Nam dum rete ducebatur,  
Pisces trahens trahebatur  
Ad doctrinam gloriae.
- 3 b. Hic non iustus  
Factus iustus  
Reddit sanos,  
Quos non sanos  
Resanandos conspicit.
- 4 b. Matris pudor incitatur,  
Christi fides augmentatur,  
Stat in cena, reformatur  
Fugato daemonio.
- 5 b. Et confines admirantur  
Aegris salute redditia,  
Gaudent cuncti, gloriantur  
Vita defunctis praestita.
- 6 b. Dum dissolvit, hic ligatur  
Catenatis substitutus,  
Poenam demens poenae datur  
Volens, in agone tutus  
Christi ministerio.
- 7 b. Mira poena,  
Mira vena,  
Mire suffocantur  
Spreta Dei gratia.
- 8 b. Nam pendens Dei nuntius  
Turbas docet instantius;  
Rogant omnes proconsulem,  
Ut reddat eis praesulem.
- 9 b. Corpus alnum diligitur,  
Per Maximillam tollitur,  
Terra conditum traditur  
Odorum cum fragrantia.
- 9 c. Aegeathas arripitur,  
Praecipitatus moritur,  
Frater ad fidem ducitur  
Spreta eius perfidia.

10 a. O Andrea, frons herilis,  
Sancte pater et virilis,  
Sis nobis ad veniam;

10 b. Nobis esto suffragator,  
Dux, lux, via, sustentator  
Ad aeternam patriam.

Grad. ms. Parmense saec. <sup>14/15</sup>. Cod. Capit. Parmen s. n. — 5 a, 2  
Philippis. — 5 b, 1 has mirantur. — 6 b, 3 Poenam clemens.

117. De sanctis Angelis.

- 1 a. Iuga Bethel, mens, condescende,  
Supernorum comprehendere  
Quae sit distributio;
- 2 a. Igne Dei sunt ardentes  
Seraphim, sed excellentes  
Cherubim scientia.
- 3 a. Hae tres primae ierarchiae  
Iuncti divae monarchiae  
Sunt sine distantia;
- 4 a. Dominantes hi dicuntur,  
Quorum nutu disponuntur  
Actus ministrantium.
- 5 a. Coetus inter quos Virtutum  
Supra physim est ad nutum  
Signa quod exhibeat.
- 6 a. Habent terrae personatus  
Limitare Principatus  
Et iura decernere.
- 7 a. Mystica consiliorum  
Eruditi divinorum  
Nuntiant Archangeli.
- 8 a. Hic ornatus, hi superni  
Distributi sunt ter terti  
Secundum officia:
- 9 a. Purgant praelati subiectos,  
Illuminant et perfectos  
Fonti lucis uniunt.
- 10 a. Ex his habet Michaelem  
Primatem et Raphaelem  
Medicum ecclesia,
- 11 a. Tantis, Iesu, nos athletis  
Ducibus et allocetis  
Dona semper protegi.
- 1 b. Quam distinxit thearchia  
Triplici sub ierarchia  
Gradu novenario.
- 2 b. Thronus Dei nominatur,  
In quo caeli rex laetatur  
Decernens iudicia.
- 3 b. Hi divinum sunt agalma  
Divinaeque mentis alma  
Prae cunctis ecmagia.
- 4 b. Quinque nempe subiectorum  
Vicem agit ministrorum  
Circa nos collegium.
- 5 b. Potestatum est arcere  
Nequam omne, ne nocere,  
Quantum velit, valeat.
- 6 b. Submovere superborum  
Sedes ducam et bonorum  
His datur statuere.
- 7 b. Dignitas est animarum  
Specialis, ut earum  
Sint custodes Angeli.
- 8 b. Assistunt superiores,  
Circa nos inferiores  
Agunt ministeria.
- 9 b. Verbum sono nil diffuso  
Fantur, tamen inconfuso  
Sensu se percipiunt.
- 10 b. Gabrielem robur Dei,  
Per quem primum dantur ei  
Salutis eulogia.
- 11 b. Assint nobis in agone,  
Consequendae sint coronae  
Tuis archistrategi.

Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 3. — 2 b, 1 Throni. — 3 b, 3 ethmagia; *ἐξμαγεῖον* = *ἐξμαγμα*, Abdruck. — 6 a, 2 potestatus; um die Neunzahl der Chöre voll zu machen, sind hier die Principatus einzusetzen. — 6 b, 1 Submonere. — 8 a, 2 terceeni. — 11 a, 2 Zu „alloctis“ cfr. Du Cange s. v. allocatus = procurator.

### 118. De sancta Anna.

- |                                                                                                                      |                                                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. <b>Felix</b> Anna, iucundare,<br>Regis summi venerare<br>Almam matrem et mirare<br>Tuam esse filiam.            | 1 b. <b>Eras</b> enim, Anna, clausa,<br>Rite templo nihil ausa<br>Immolare legis causa,<br><b>O</b> beata sterilis.   |
| 2 a. <b>Hoc</b> evenit, ut mirandus,<br>Anna, fructus ex te dandus<br>Nobis esset, incarnandus<br>Ex quo Dei filius. | 2 b. <b>Sacer</b> fructus, sacra planta<br>De te venit, arca tanta;<br>Esto nobis, Anna, sancta<br>Prece tua gaudium. |
| 3 a. <b>Alma</b> , gaude, quae Mariam,<br>Regis summi natam piam<br>Meruisti, caeli viam,<br>Anna sancta, parere.    | 3 b. <b>Mediatrix</b> ergo praesto,<br>Anna sancta, nobis esto,<br>Gloriosa die festo<br>Iam aeterne iubilas.         |
| 3 c. <b>Sis</b> pro nobis advocata,<br>Tu et felix tua nata,<br>Esto nobis via lata,<br>Regis radix gloriae.         |                                                                                                                       |

Collectan. ms. Parmense (?) saec. 15. Cod. Esten. Mutinen, XII C. 11. add. saec. 15. — 1 a, 4 Esse tuam. — 1 b, 1 Erat. — 1 b, 2 Et in templo. — 3 a, 2 Summi regis. — 3 b, 4 Nam aeterne. — Schema der Sequenz wahrscheinlich: Verbum bonum mit Repetition der letzten Melodie. — Das Akrostichon, welches in der Hs. stellenweise zerstört ist, nennt uns den Verfasser: „Frater Iohannes de Parma, magister“. Es sind nicht weniger als 8 Iohannes de Parma bekannt. Unser Dichter, der sich obendrein als „magister“ bezeichnet, dürfte vielleicht der 1289 gestorbene Franziskaner-General Iohannes Buralli sein.

### 119. De sancta Anna.

- |                                                                                                                                        |                                                                                                                                     |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. <b>Iesu</b> , caelorum<br>regis, omnes<br>laudemus aviam<br>devotis carminibus,<br><u>Annam</u> ,                                   |                                                                                                                                     |
| 2 a. <b>Omni</b> laude dignam,<br>quae non subiectam<br>originalis culpae naevo,<br>puram, sanctissimam concepit<br>peperitque Mariam. | 2 b. <b>Anna</b> , digna stirpe,<br>suboles nitens,<br>veneranda Iudae, nostris<br>adesto precibus iugiter,<br>quibus te veneramur. |

- 3 a. Nempe rex caeli  
tuas, Anna, preces omnes  
exaudire creditur  
praestans peccatorum  
omnium veniam.
- 4 a. Excelso fulgens  
throno dominatorem  
caeli terraeque,  
beata, nepotem  
una cum filia tua  
contueris.
- 5 a. Te nobiles  
et ignobiles  
amant, te docti  
et indocti  
mirum in modum  
suis laudibus  
devote prosequentes  
matrem reginae caeli  
sanctam praedicant,  
immolantes ad aram  
cum prece tuum nepotulum.
- 6 a. In caelo potens  
succurre, mater  
Anna, famulorum  
paupertati,  
qui sincera mente,  
precibus et votis  
tui nominis sacri  
memoriam  
devoti veneramur.
- 7 a. Eia, nunc tuum  
pro nobis ora nepotem.
- 8 a. Intende nostris precibus,  
quas piae mentis oculo  
ad te deferimus,
9. Salve, nuptarum decus  
sanctissimum,  
affictorum  
spes et solacium;  
Anna, aeterni regis avia,  
per te sit nobis gloria.
- 3 b. Nil tibi tuus  
negat, Anna, nepos, cui  
puritatis unicum  
templum peperisti,  
matrem et virginem.
- 4 b. Sub tuis ergo  
nobis confidentibus  
alis liceat  
misellis defendi,  
qui tuum sedulo nomen  
honoramus.
- 5 b. Rex hominum  
et angelorum,  
Deus, creator  
omnipotens,  
tuis subdidit  
cuncta nutibus;  
te, matrem genetricis  
suae, post eam fecit  
potentissimam;  
ergo clamant te iure  
caeli cives dignam laudibus.
- 6 b. Te nostros omnes  
curare morbos,  
[Anna,] confitemur  
corporales  
et mentales posse  
cunctaque reorum  
delicta tuis sacris  
precibus  
in caelis emundare.
- 7 b. Magne rex, salva  
nos aviae ob honorem.
- 8 b. Ut dones Annae meritis  
felicem vitae terminum,  
quem [a te] petimus.

Oration. ms. Underdorfense saec. 15. ex. Clm. Monacen. 7834. — 2 a, 3 fehlt eine Silbe. — 3 a, 2 Anna fehlt. — 6 b, 8 l. precatibus? — Im Akrostichon „*Ioannes Tritemius*“ nennt der Verfasser seinen Namen. Das Schema der Sequenzen erster Epoche weist sonst nie ein Akrostichon auf. — Melodie natürlich: *Ave praeclara*.

120. De sancto Ansano.

- 1 a. Nobili prosapia  
Prodiit Ansanus,  
Quem de gente devia  
Traxit Dei manus,  
Dia luce praevia  
Praeest christianus.
- 2 a. Carcere et vinculis  
Deum non negavit,  
Immo locis patulis  
Constans praedicavit,  
Quem Deus miraculis  
Plene illustravit.
- 3 a. Pro quo sanctus angitur  
Ab imperatore,  
Carcere includitur  
Torquendus livore,  
Mox inde egreditur  
Angelo ductore.
- 4 a. Gaudet felix civitas  
Tali viro dotata,  
Quo est cunctis sanitas  
Infirmis collata,  
Et multorum caecitas  
Est illuminata.
- 5 a. O Ansane, gratiam  
Postula devotis,  
Qui colunt memoriam  
Tuam plenis votis;  
Veniant ad gloriam  
Qui stant a remotis.
- 1 b. Illustratus lumine  
Fidei sereno  
Et divino flamine  
Erat corde pleno,  
Stabat in certamine  
Velut in amoeno.
- 2 b. Sanctus charismatibus  
Sic est illustratus:  
Dum postulat vocibus  
Oculis orbatus,  
Statim sancti precibus  
Est illuminatus.
- 3 b. Demum Roma exiens  
Morabatur Senis,  
Quem Lysias audiens  
Artavit catenis  
In Ansanum saeviens  
Cum immensis poenis.
- 4 b. Ex quo martyr traditur  
Igne cruciari  
Et, quia non laeditur,  
Iubet decollari,  
Sancto fine moritur  
Dignus honorari.
- 5 b. Creatori omnium  
Laudes sint immensae,  
Qui per Christum filium  
Commune Senense  
Deducat ad prandium  
Angelicae mensae.

Grad. ms. Senense saec. 14. Cod. Cathedr. Senen. s. n. A. — Grad.  
ms. Senense saec. 15. Cod. Cathedr. Senen. 11. B. — Sequent. et Hymn.  
ms. Carmeli Senensis saec. 14. Cod. Senen. G III 2 C. — 1a, 6 Est B. —  
2a, 2 Diu non C. — 2b, 1 Sanctis BC. — 2b, 5 sanctis AB. — 4a, 3 Que  
est C.

121. De ss. Ansano, Savino, Crescentio, Victore.

- 1 a. Cum ingenti iubilo  
Canticum eructet  
Devotoque modulo  
Coetui decantet  
Sanctorum, radiolo  
Sena quo relucet.
- 1 b. Ansano christicolae  
Primo melodia,  
Senarum agricolae  
Iussione dia,  
Metrum honorabile  
Det votaque pia.

- 2 a. Tibi grates reddimus,  
Inclite patronē,  
Nam, per te qui credimus,  
Dabuntur coronaē,  
Bona si egerimus,  
In caeli balconē.
- 2 b. Exempli mirifici  
Vigilem pastorem,  
Savinum, veridici  
Sermonis doctorem,  
Honoret dominici  
Gregis bellatorem.
- 3 a. Savine doctissime,  
Tribue doctrinam  
Vitandi cautissime  
Mundanam ruinam,  
Servandi tutissime  
Fidei carinam.
- 3 b. Sit memor martyrii  
Pueri beati  
Undeni Crescentii,  
Urbe alma nati,  
Pro poenis supplicii  
Caelo coronati.
- 4 a. Te, quem novo ordine  
Misit Deus Senas,  
Precamur hoc carmine,  
Aufer nobis poenas,  
Crescenti, cum lumine  
Gratiae da venas.
- 4 b. Militis fortissimas  
Siculi Victoris  
Poenas inclitissimas  
Pensem corde, choris,  
Quas tulit asperrimas  
Zelo creatoris.
- 5 a. Largire potentiam,  
Victor, ut serpentis  
Possimus proterviam  
Delere mordentis,  
Qui ad tis custodiam  
Sumus defendantis.
- 5 b. Summa Dei bonitas  
Laude veneretur,  
Qua quaterna sanctitas  
Senis retinetur,  
Ut eius auctoritas  
Semper invocetur.

Sequent. et Hymnar. ms. Carmeli Senensis saec. 14. Cod. Senen.  
G III 2. — 2a, 6 palcone. — 4b, 4 cordis coris.

## 122. De sancto Antonino.

- 1 a. Attollamus Deum verum  
In sanctorum gestis rerum  
Cunctarumque creatorem;
- 1 b. Collaudemus hunc, in sanctis  
Illo dante nos quem tantis  
Novimus triumphatorem.
- 2 a. Huius ergo bonitatis  
Agamus memoriam,  
Qui cum palma post laborem  
Sanctos fert ad gloriam.
- 2 b. Eia, fratres, Antonini  
Memoretur passio,  
Qui ad laudem Dei trini  
Cucurrit in stadio.
- 3 a. Ut tempestas cessaretur,  
Nec a pravis vexaretur  
Honestorum contio,
- 3 b. Vinctis martyr praedicabat,  
Lapsis iter dedicabat  
Plures monstrans Domino.
- 4 a. Perlustratis multis pridem  
Sumpta cruce martyr idem  
Christum sequi properabat,
- 4 b. Dei laudibus insistens  
Sceleratis aut resistens  
Hostes Christi superabat.

- 5 a. Duce ductus caelico  
Populo catholico  
Nuntiat prophetic  
Finem sanctus ore.  
5 b. Ululat, flet populus  
Hoc auditio querulus,  
Christo preces sedulus  
Fundit pro pastore.  
6 a. Quo frendebat gens, pius  
Sese miles transtulit,  
Quae pollutis manibus  
Hunc ad fana compulit.  
6 b. Recusati ritus eius  
Nequam plebs irascitur;  
Antoninus propter fidem  
Membratim dividitur.  
7 a. Sic per ista  
Agonista  
Perrexit ad gloriam.  
7 b. Benedictus  
Jesus Christus,  
Qui dedit victoriam.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellens. 9786—90. — 1 b, 2 qui. —  
2 a, 3 der Reim ist nicht gewahrt; dasselbe gilt von 6 b, 3. — 5 a, 1 Dulce. —  
Cfr. Anal. Bolland. VI, 395.

### 123. De saneto Antonino Ep.

1. Antonino magno laudes  
concinant christiani.  
2 a. O praesul mitissime,  
tuis Christo precibus  
reconciliemur  
peccatores.  
2 b. Mors et vita caelesti  
refulsere nitore,  
vivens et mortuus  
micat signis.  
3 a. Da, pastor benigne,  
Doctor clemens et digne,  
Muniri nos hic viventes,  
Non deserit abs  
te morientes.  
3 b. Virtutum da vestes,  
Culparum tolle pestes,  
Doctrinae lampas et morum,  
Noctem disperge  
densam errorum.  
4 a. Credendum est esse  
illum nunc magnum in caelo,  
Qui tanto  
Christi exarsit zelo.  
4 b. Scimus te gemina  
ornatum gloria vere,  
O virgo,  
o doctor, nos intuere.

### 5. Alleluia.

Proser. ms. Pisciacense saec. 15. Cod. Londin. Egert. 2601. A. — Miss. Praedicatorum imp. 15\*\* (unvollst. Exemplar), B. — Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1600. C. — Miss. Romanum imp. 1545 (Luc. Ant. Iunte heredes). D. — 2 a, 3 reconcilientur BCD. — 2 b, 3 vivens fehlt AC. — 2 b, 4 nitet C. — 3 a, 4 Non deleri D. — 3 b, 1 Virtutum munda C. — 3 b, 3 sq. noctem morum C. — Melodie natürlich: Victimae paschali.

### 124. De saneto Antonio.

- 1 a. Psallat voce laetabunda,  
Solvat odas manu munda  
Sacra cleri contio;  
1 b. Plebs Minorum astans laeta,  
Laudans absque laudis meta  
Iubilet Antonio.

- 2 a. Ex Hispanis stella micat,  
Cuius mundi lux extricat  
Erroris phantasticum.
- 3 a. Crucifixi verax testis  
Mutat ritum victus, vestis  
Sub Francisci regula
- 4 a. Audax praeco veritatis  
Non personae, non aetatis  
Demulcetur gratia;
- 5 a. Surdus, mutus, claudus, caecus,  
Epilensis, latro, maechus  
Vim virtutis sentiunt;
- 6 a. Eia, pater supplicantum,  
Audi vota, cerne planetum,  
Nos ad chorum duc cantantum  
In excelsis Gloria.
- 2 b. Arca legi consecratur,  
Intus foris deauratur,  
Manna spirat mysticum.
- 3 b. In armatum ruit fortem,  
Ut pro morte reddat mortem,  
Ensi parat iugula.
- 4 b. Aequae lancis pauper, dives,  
Peregrini, sive cives,  
Plectuntur sententia.
- 5 b. Morbi, pestes et, quae restant,  
Argumenta laudis praestant,  
Dum pulsa diffugiunt.
- 6 b. Quo sequamur iuncti spei  
Et in domo requiei  
Collocemur dono Dei;  
A men dicant omnia.

Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (18). A. —  
Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 3. B. —  
Die 2 ersten Strophen lauten in B:

- 1 a. Psallat voce laetabunda  
Sacer coetus, mente munda  
Iubilet Antonio.
- 1 b. Cultor legis, norma morum,  
Pastor gregis, dux Minorum,  
Novo sidus radio.
- 2 a, 1 Iam Francisens prole micat B. — 3 a, 3 Natus patris aemulus B. —  
3 b, 3 Crucis Christi baiulus B. — 4 c, 1 Summae praeco B. — 6 b, 1 vincti  
spei B.

### 125. De sancto Antonio.

- 1 a. Olim mundo minoratus,  
In supernis coronatus  
Exsultat Antonius.
- 1 b. Cur queruntur hic honores?  
En, honorum contemptores  
Honorantur amplius.
- 2 a. Spretis mundi blandimentis  
Hic in manu blandientis  
Maechae liquit pallium;
- 2 b. Se denudans vestimentis  
Parvipendit illudentis  
Nihil improperium.
- 3 a. Augustini tenens normam,  
Post vivendi mutans formam,  
Ad Minores transiit;
- 3 b. Sub Francisco patre degens  
Et pro Christo factus egens  
Caelum dives adiit.
- 4 a. Intus Deo parans templum,  
Foris formam et exemplum  
Dedit sanctimoniae,
- 4 b. Dans virtutum viam, morum,  
Victor fuit vitiorum,  
Carnis, paenitentiae.
- 5 a. Hic superni praeco regis  
Tuba tonans novae legis  
Flagrabat ut facula;
- 5 b. Magnos monet et pusillos  
Non palpando hos vel illos,  
Aequa librans singula.

6 a. Caeci vident, muti fantur,  
Et defuncti suscitantur  
Per ipsius merita.

7 a. O Antoni, flos Minorum,  
Miserere miserorum,  
Nos de caelis respice.

6 b. Maris sedat tempestates,  
Aegris praestat sanitates  
Redditque deperdita.

7 b. Da triumphum vitiorum  
Et in via mandatorum  
Gressus nostros perfice.

Grad. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Roman. Vitt. Eman. XX (Varia 290). A. — Miss. Romano-Franciscanum imp. Lugduni 1535 B. — Steht auch in: Miss. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Carpenteracen. 107. — Prosar. ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1339. — 1 b, 2 bonorum A. — 2 a u. 2 b fehlen B. — 3 b, 2 degens A. — 3 b, 3 petit B. — 4 a u. 4 b fehlen B. — 5 a, 1 supernis A. — 5 b 1 movens B. — 5 b, 2 palpabat B. — Statt Str. 6 b sqq. in B nur noch: Per hunc nobis rex caelorum | Det prae-mia gaudiorum | Per peccatum perdita.

### 126. De sancto Antonio.

1 a. Verbum bonum et suave  
Cantet chorus, dicat Ave;  
Plebs fidelis, iucundare  
Ad sancti sollemnia;

2 a. Te, Antoni, tuba Dei,  
Digna causa huius rei,  
Supplicamus licet rei,  
Sis nostrorum venia.

3 a. Ave, splendor Hispanorum,  
Honor, decus clericorum,  
Tu cunctorum via morum,  
Salus et refugium.

1 b. Te nunc decet gratulari,  
Quae iam cernis visitari,  
Per hunc vides frequentari  
Tuos fines, Padua.

2 b. Stella, splendor firmamenti,  
Fons hortorum, vas unguenti,  
Tuae proli, tuae genti  
Da salutis gaudia.

3 b. O Antoni, flos sanctorum,  
Spes, solamen miserorum,  
Sancte pater, sis nostrorum  
Memor ante Dominum.

Cant. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Marcian. It. IX 145. — 2 b, 4 gaudium. — Melodie natürlich: Verbum bonum.

### 127. De sancto Antonio Eremita.

1 a. Oriundus  
Aegyptoque vacabundus  
Energia

2 a. Firmus evangelii  
Mansit sine crimine  
Puer cella.

3 a. Ignis per incendium  
Dat aegris remedium  
Pari forma.

1 b. Patrem patrum  
Coluit in mundo mundus,  
Res miranda.

2 b. Stella cunctis eminent  
Bonis et oboediens,  
Semper clara.

3 b. Antonii taedio  
Non fuit daemonio  
Mens corrupta.

- 4 a. Lucis ardor clibani  
Vere fuit sub typo  
Valle nostra.
- 5 a. Marcianus oravit,  
Pro filia cecinit,  
Sed nec fides desinit  
Esse mera.
- 6 a. Excelsum re vera  
Docet hunc litera,  
Poenas sustulit  
et aspera.
- 4 b. Nam auri vilissimi  
Zelo Dei motus est  
Carne prompta.
- 5 b. Miris cum martyribus  
Atque confessoribus  
Splendet hic virtutibus  
Per praedicta.
- 6 b. Antoni, propera,  
Tua per opera  
Pro nobis ores  
ad aethera.

Miss. Tullense imp. Tullii 1551. — Melodie offenbar: Laetabundus.

128. De sancto Apollinare.

1. Ecce, beatus  
alumnos harmonica  
nos cogit suos hodie  
laudis cum decore
- 2 a. Apollinaris  
carmina sibi reboare;
- 3 a. Ravennam, coepit  
praedicare  
baptismum populo.
- 4 a. Tribuni quoque  
adepta est priscae  
coniunx salutis gratiam.
- 5 a. Os nobilis viri mutum  
vinculi  
solvit nexibus.
- 6 a. Patricii natam  
Rufi commovens  
threnara ad vitae  
revexit lumina.
- 7 a. Quem cernens paganorum  
augere tanta  
cuneus
- 8 a. Quaesumus, tuis, pastor,  
suffragiis nostri laxa  
noxam criminis,
9. Tu cuncta praesta  
nobis gaudia.
- 2 b. Qui, cum a Petro  
missus fuisset apostolo
- 3 b. Mox Irenaei  
restauravit  
gemina nati lumina.
- 4 b. Praecipiente ipso  
vanuit deserens  
puellam nequam spiritus.
- 5 b. Christicolarum denique  
sic turba  
augebatur plurima.
- 6 b. Leprosus quidam  
ab eodem  
praeteritae cutis  
sumpsit gratiam.
- 7 b. Diversis caesum flagris  
tradidit neci  
senium.
- 8 b. Quo duce te mereamur  
alta polorum  
scandere templo.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. A. — Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Patavin. A 47. B. — 1, 1 beatos B. — 2 a, 2 Apolenaris AB. — 4 a, 2 quod adepta B; prisca B (vielleicht Eigename Prisca; alsdann wäre priscae unter die Varianten zu verweisen). — 4 b, 1 ipse A. — 4 b, 2 evanuit B. — 5 a, 2 vinculis B. — 5 b, 3 augeatur B. — 6 a, 3 vita A. — 6 b, 3 sq. sumpsit cutis B. — 8 a, 1 Quae-sumus tu pastor A. — 8 a, 2 nostris AB. — 8 b, 3 celsa über templa geschrieben A. — Wenn überhaupt, so bietet namentlich hier nur die Melodie die feste Grundlage für die Abteilung der parallelen Klauseln. — Ich habe jene Silben durch den Druck hervorgehoben, die mit der korrespondierenden Parallelzeile nicht gleiche Melodie haben. Stellenweise (wie 6 a, 1 u. 6 a, 2) ist eine Silbe Überschuss; dort ist in der Melodie einfach die entsprechende Note verdoppelt. Das Nähere wird der Band mit den Melodieen der Sequenzen lehren.

129. De sancto Arnulpho.

1. Collaudet chorus iste

regem caeli, terrae Dominum,

2 a. Vocibus alternis  
harmonicisque modulis

2 b. Praesulis Arnulphi  
sollemnitate celebri.

3 a. Hic quondam Troiano  
stemmate progenitus  
emicuit,

3 b. Principumque primus  
produxit nobiliter  
exercitum.

4 a. Hoc parente prodeunt  
saeculo  
duo clara lumina:

4 b. Ecclesiae pontifex  
fuerat,  
alter aulae signifer.

5 a. Quam, Domine, mira  
tua sunt consilia!  
Qui crimine pressis  
miseris mortalibus  
tanta solamina  
praeparas.

5 b. En, hominem saecli  
vinculis implicatum,  
Mox securum bellis,  
liberis, coniugio,  
sanctae ecclesiae  
praeficis.

6 a. O pastor insignis,  
o dominici cultor  
sanctissime iugeris,

6 b. Quantas animarum  
fruges Domino plenis  
(trans)miseras manipulis!

7 a. Tu castae vitae specimen  
coniugatis,  
recti regula palatinis,  
iustitiae forma  
micueras clericis.

7 b. Tu pridem spreta saeculi  
dignitate,  
linquens deinde praesulatum  
te monachis normam  
virginibusque praebes.

8 a. Ergo vota persolventes  
te poscimus  
iam nunc, egregie  
[Arnulphe] pontifex,

8 b. Christum roges pro famulis,  
quo veniam  
det, mala (cuncta) auferat  
et bona conferat;

9. Conservet  
cum populo clerum,  
donet omnibus pacem  
vitamque perennem.

Miss. ms. S. Arnulphi Metensis anni 1342. Cod. Meten. 42. A. — Miss. ms. S. Arnulphi Metensis anni 1321. Cod. Meten. 133 B. — Miss. ms. S. Arnulphi saec. 14. Cod. Meten. 219. C. — 4b, 3 alter autem AB. — A enthält die Melodie.

130. De sancto Augustino.

1. Splendescit hodierna  
dies ingenti laetitia,

2 a. In qua catholica  
gloriatur ecclesia,

3 a. Augustini festa,  
patris nostri,  
renovando celebria,

4 a. Cuius eloquia  
redolent ultra  
thymiamata,

5 a. Clericos norma  
indidit vivere congrua,

Ut communia  
essent omnia  
quaeque sua,  
nec haberent ultra propria.

6 a. Ergo nostra chorea  
resultet carmina  
Domino cum cantu  
rhythmica;

7 a. Omnes una  
conclamemus voce celsa,  
mente fida, fide pura,  
ut in terra Deus nostra  
regat opera,

8 a. O beate Augustine,  
praesul digne,  
nos tua iuuent suffragia;

9 a. Ut nostra exaudiat  
clemens precamina

2 b. Atque angelica  
in caelis ovant agmina,

3 b. De cuius doctrina  
ecclesia  
fulget per mundi climata.

4 b. Studens qui carmina  
scripsit multa  
valde utilia.

5 b. Gaudet Africa  
de tanto patrono praedita  
Atque civitas  
Hipponis illa,  
quae doctrina  
claruit illius sedula.

6 b. Sit voci mens consona,  
ut placeant nostra,  
quae Deo pangimus,  
cantica.

7 b. Qui haec festa  
sancti sui gloriosa  
cebramus atque digna  
et in caelo nos aeterna  
ditet gloria.

8 b. Tu praesulum flos et gemma,  
prece pia  
pro nobis Dominum supplica,

9 b. Et ducat ad caelica  
regna, quo laetemur

10. in gloria  
per cuncta saecula.

Grad. ms. Hierosolymitanum saec. 12. in. Cod. Roman. Angelic. D VII  
3. A. — Miss. ms. Clarofontanum saec. 15. in. Cod. Ducis Northumbriae  
s. n. (nach Weale II, 526). B. — 5a, 1 Norma clericorum A; Norma clericos  
B; die Umstellung wahrt die Endassonanz in a. — 6a, 2 sq. Domino carmina  
AB. — A bietet die Melodie, nämlich: Mater. Während aber die Stamm-  
sequenz in 8b Silbenüberschuss hat, ist hier Text und Melodie von 8a und  
8b ganz parallel. Die Schluskklausel der Stammsequenz, die sich nach  
Silbenzahl und Melodie vollständig mit 9b + 10 in unserer Sequenz deckt, ist  
hier durch eine Parallelstrophe 9a erweitert, die in den neun ersten Silben  
mit 9b gleiche Melodie aufweist.

### 131. De sancta Aurea.

- |                                                                                                          |                                                                                                         |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ad Aureae sollemnia,<br>Pro summi regis gloria<br>Iam laudes et paeconia<br>Solvat mater ecclesia.  | 1 b. Quae pro fidei gratia<br>Sponsa regis et filia<br>Tot pertulit opprobria<br>Et corporis supplicia. |
| 2 a. Post fidei primordia<br>Corruptionis inscia,<br>Post corporis supplicia<br>Transit ad caeli gaudia. | 2 b. Ergo, consors angelica,<br>Ut tueatur, supplica,<br>Nos virtute deifica<br>Virginis proles unica.  |
| 3. Laus tibi sit ingenito,<br>Laus tibi unigenito,<br>Laus et tibi paraclito<br>Virginis huius merito.   |                                                                                                         |

Offic. ms. Ostiense S. Aureae saec. 15. Cod. Vatican. Regin. 1949. — Nach der äusseren Form zu schlieszen möchte man in Vorstehendem einen Hymnus vermuten; auch steht es in der Hs. nicht innerhalb der Messe, sondern nach derselben. Die Melodie jedoch bekundet den Charakter einer Sequenz, und die Überschrift lautet ebenfalls „Prosa“.

### 132. De sancto Balderico.

- |                                                                           |                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Adest dies celebris,<br>Qua de mundi tenebris<br>Triumphat in patria | 1 b. Pater huius patriae,<br>Baldericus; hodie<br>Eius sunt sollemnalia.     |
| 2 a. Regali progenie<br>Omni carens carie<br>Vixit ab infantia;           | 2 b. Sacerdos sanctissimus,<br>Doctor fidelissimus<br>Fulsit in ecclesia.    |
| 3 a. Totus Deo deditus,<br>Mundum fugit penitus,<br>Dum reliquit propria; | 3 b. Christi crucem corpore<br>Tulit omni tempore<br>Iugi abstinentia.       |
| 4 a. Claruit virtutibus<br>Et factis insignibus,<br>Mundi vicit vitia.    | 4 b. Quem post carnis onera<br>Christus super aethera<br>Invitat ad praemia. |

5 a. O sancte Balderice,  
Fidei catholicae  
Lumen Dei gratia,

5 b. Christum, lumen, Dominum,  
Fac nobis propitium  
Tua per suffragia.

Miss. Rhemense imp. Rhemis 1553. — Melodie: Veni sancte spiritus.

133. De sancta Barbara.

1. Ave, praeclara  
martyr sacra,  
ignara  
sceleris, ex gnara  
prosapia orta.

2 a. Euge, Dei stella,  
facie bella,  
veritatis lumen  
gestans, solis iustitiae  
anhelans cacumen  
adhuc tenella.

2 b. Virgo, robur astris,  
viribus castris  
dominaris limbi  
ut sol in mortalia,  
perflata miro  
pneumatis rore.

3 a. Te plenam fidei,  
almae ritum prudentiae  
indagantem, rigidae  
turris in acie  
firmavit Gabriel.

3 b. Te lignum vitae  
sancto ditavit pneumatice,  
parituram divinae  
nucis amygdalum  
mox per martyrium.

4 a. Tu magnum regem,  
terrae dominatorem,  
vana idola  
parentis horrendo  
vicissim amoris ara  
transformasti.

4 b. Tuque furentem  
Leviathan serpentem,  
castrimargiae  
fautorem, collidens  
damnoso crimine nullas  
excessisti.

5 a. Hinc gentium  
nolens colere  
dulci sub cultu  
memoriae  
trini in uno  
dissipando  
delusum idolorum  
ritum affectus zelo  
figuraliter  
passum crucis in ara  
exclamans  
fando moraliter.

5 b. Hinc manna verum  
sitis gustando,  
crucis dum merum  
potas bellando,  
per nulla patris  
machinamenta  
nec ulla blandimenta  
nacta carnis cara  
mente praescia  
morte sentis mactandum  
te dira  
iam temporaliter.

6 a. Fac fontem dulcem,  
quem latus caesum  
Christi rivulabat,  
degustare  
cum sincero nisu,  
vulnere  
sale fricato  
quem lassato  
curas, baiulans  
eculeum moriendo.

7 a. Audi nos,  
nam te virginum  
sponsus gaudens honorat.

8 a. Da fontem innocentiae,  
da pura mente visere  
amictum iubare,

6 b. Fac verbo patris  
nos redimita  
veste polymita  
triumphali  
zona et polita  
moribus  
ita ratis  
et paratis  
fide, operi  
virtutis inhiare.

7 b. Salva nos,  
Iesu, pro quibus  
virgo Barbara (te) orat.

8 b. Quo hausto tunc clementiae  
gyrum mens solis verius  
valet attingere,

9. Christianismi fidem  
operibus  
redimire  
corporisque esu  
in carne praemuniri  
obtine,  
culmen pacis adire.

Collect ms. Altahense saec. 15. Clm. Monacen. 9508. A. — Collect. ms. Eremitarum S. Augustini saec. 15. Cod. Palat. Vindob. 5094. B. — 1, 2  
mater Sara. B. — 2b, 3 lumbi B — 2b, 4 ut sol minoralia B. — 2b, 6  
pneumatisque celi A. — 3a, 2 providentiae B. — 3b, 2 cibavit A. — 3b, 3  
divini A. — 3b, 4 natus amygdalum A; nutus amygdalum B. — 3b, 5 per-  
mox martyrium B; per morum martyrium A. — 4a, 3 vaga B. — 4b, 1  
verentem B. — 5a, 2 credere A. — 5a, 8 rictum B. — 5b, 5 parvulam A. —  
5b, 10 mortis A. — 5b, 12 intemporaliter AB. — 6a, 7 fricato vale A;  
fricato sale B. — 6a, 8 quem lassaturas B. — 6b, 6 viribus A. — 6b, 7  
ita cactis et A. — 6b, 8 pacatis A. — 6b, 9 opere AB. — 9, 6 optime. —  
In B steht der Anfang der Sequenz fol. 161a sq., die Fortsetzung fol. 159a. —  
Mel.: Ave paeclara maris stella.

#### 134. De sancta Barbara.

1. Ave, paeclara  
stirpe nata,  
rutilans aurora,  
Barbara, summo regi grata.

2 a. Euge, dulcorosa  
rubens ut rosa,  
ex spina procedens,  
sed spinea nescia,  
sincera fide  
nitens in orbe.

2 b. Virgo, flos virtutum,  
pudoris scutum,  
saecli vanitates  
disceptans provido  
cursu, numina  
vana refutans.

- 3 a. Te plenam fide  
 almi pneumatis virore  
 agnus vitae perlustrans  
 amictu velleris  
 sui contexerat.
- 4 a. Tu agnum verum  
 baptismate renata  
 es amplexata,  
 marmori praeduro  
 victricis vexillum crucis  
 invocando.
- 5 a. Hinc gentibus  
 stupor adcurrat,  
 nam haec virgo  
 ut ovis perdurat  
 inter frendentes  
 lupos, nec tamen  
 ipsorum  
 voragine abhorret,  
 sed claro  
 plectro cordis et oris  
 agno suo cruento  
 colludit ipsumque sequitur.
- 6 a. Fac, clamat pater,  
 o, quaeso, praeses,  
 istam rebellantem  
 natam meam,  
 Christum adamantem,  
 per minas, tormenta  
 nec non flagella  
 numina nostra  
 venerari, nam haec sprevit.
- 7 a. Audi nos,  
 florum flos,  
 pro quo haec cohors,  
 o benigna, te orat.
- 8 a. Da fontem paenitentiae,  
 da normam abstinentiae  
 teque diligere.
- 3 b. Te pater atrox,  
 Satan fallax, mundus vorax  
 elidere desudant,  
 mella palliantes  
 artis ingenio.
- 4 b. Tuque in turre  
 expolita structuris,  
 dum profiteris  
 trinos fore unum,  
 fenestram adiecisti trinam  
 voto mero.
- 5 b. Hinc novum mirum  
 mire graditur,  
 lupus atrox  
 ab agna vincitur,  
 stridet, fremit ac  
 rugit, tenellam  
 peroptans  
 devorare puellam,  
 sed stratus  
 ab illa ingemuit,  
 et haec virgo resultat  
 agno suo dans libamina.
- 6 b. Fac uber eius  
 pudicum ferro  
 evelli corpusque  
 distractari  
 equis adligatum  
 caputque contundi  
 enseque saevo  
 praecipitari.  
 Ad quae virgo ovans festinat.
- 7 b. Salva nos,  
 caeli ros,  
 quos peccatorum  
 vastus livor devorat.
- 8 b. Quo dono tuae gratiae  
 ardorem Christi valeat  
 mens nostra induere,
9. Christianismi fidem  
 operibus  
 redimire  
 ad teque, spes nostra,  
 post vitae cursum  
 secure  
 ovans queat transire.

Miss. ms. S. Bartholomaei Friedbergensis saec. 15. Cod. Plagen. 255.  
A. — Miss. ms. Altovadense saec. 15. Cod. Altovaden. 119. B. — Miss. ms. Pataviense (?) saec. 14. Cod. Zwethalen. 229. add. anni 1521. C. — 2 b, 2 tutum A. — 2 b, 5 patris numina C. — 3 a, 2 in rore C. — 3 a, 3 perlustrans fehlt C. — 3 b, 2 vallax C; mundusque ABC. — 4 a, 2 fonte baptismatis renata AB; fonte baptismi renovata C. — 4 a, 3 amplexataque es AB; amplexa es C. — 4 b, 2 expolitata A. — 4 b, 3 dum fehlt ABC; profitens A. — 4 b, 5 trina A. — 5 a, 2 accurat C. — 5 a, 7 eorum C. — 5 a, 11 cruento fehlt C. — 5 b, 7 cupiens C. — 5 b, 10 ingemit A. — 6 a, 5 Christo A. — 6 b, 6 praecipitare A. — 6 b, 9 Atque virgo A. — 8 Str. 7 a und 7 b haben je drei Silben (7 a, 2 und 7 b, 2) mehr als die Stammsequenz, indem die vier ersten Noten der Klausel repetiert werden. — 8 b, 3 Überschufs einer Silbe. — 9, 6 succurre ovans C. — Melodie: *Ave praeclara maris stella.*

135. De sancta Barbara.

- |                                                                                                                                               |                                                                                                                                               |                                                                                                                             |                                                                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Prae hominum natis<br>formosum angelus affectat<br>et eius gerentis<br>imaginem nisus.                                                     | 2 a. Nitor paternus,<br>cordium penetrans<br>secreta,<br>efficit filios gratos<br>amoris;                                                     | 2 b. Nulla senectus<br>fluvii obstruit<br>meatum,<br>pietas ignea sudat<br>quem caris.                                      |                                                                                                                                   |
| 3 a. Hausit ex hoc fonte<br>caelica fluenta<br>Barbara<br>tenerae aetatis,<br>dum nullo mortali tradente<br>trinitatis praedicat<br>mysteria. | 3 b. Sprevit mundi decus<br>scelerisque thorum<br>renuit,<br>idolis delusis<br>se patri obiecit latranti<br>vanitatis derogans<br>libamina.   | 4 a. Ad deorum pater cultum<br>iturus virginis<br>mirae pulchritudinis<br>considerata<br>eminentia<br>turris iubet ut fiat. | 4 b. Quo tendente ad profana,<br>morante virgine<br>turris in cacumine,<br>trium proclamat<br>fenestrarum<br>radio orbem impleri. |
| 5 a. Genitore reverso<br>trium cancellorum<br>reperiens radium,<br>succensus insania<br>puellam innocentiae<br>instat ense perdere.           | 5 b. Sed satore praesente<br>turris inclinatur;<br>exsiliens Barbara<br>subterfugit rabiem,<br>in montem velocissime<br>meat degens in antra. | 6 a. Tradidit illam Dioscoro<br>gregis pastor temere,<br>cuius Deo operante<br>oves fuent locustae.                         | 6 b. Privatur veste, protrahitur<br>nuda, inde cyclade<br>caeli lucis obumbrata<br>visum latet vesanum.                           |

- 7 a. Suspenditur eculeo,  
verbere  
laceratur horrido,  
feritur caput malleo.
- 8 a. Praesentatur praesidi,  
visa medicina gratiae  
clamat omnes perfidi:  
En, idolorum remedia!
- 9 a. Dum ad locum passionis  
virgo meat laeta, more  
emittens vota  
petitionum,  
procurat colentibus  
peccatorum veniam.
- 7 b. Hinc truditur in carcerem,  
iubare  
consolatur aetheris,  
sanantur clavis stigmata.
- 8 b. Revelatur iudici  
diae ierarchia gloriae,  
trudit morti virginem,  
vox Gabrielis ut praenosticat.
- 9 b. Ictu caesa ensis diro  
turba psallit supernorum;  
caelesti rogo  
consumpto patre  
credidit perversorum  
multitudo Domino.
10. O felix Barbara,  
intra poli residens moenia,  
cordis corrige amentiam,  
commissorum indulgentiam  
da, esum  
corporis Iesu,  
beatorum da gaudia perennia.

Collect. ms. Eremitarum S. Augustini saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 5094. A. Mit Melodie. — Cod. Palat. Vindobonen. 3818. saec. 15. B. — 1, 2 formosam B. — 2b, 1 Ulla B. — 3a, 5 nulla B. — 3b, 7 libamini B. — 4b, 4 ternum A. — 5b, 4 rabie A. — 8b, 2 ierarchiae B. — 9a, 4 petitionis A.

### 136. De sancta Barbara.

1. Psallat cum laetitia  
Vocum consonantia  
Die hac ecclesia.
- 2 a. Omnis nostra contio  
Psallat cum tripudio  
Ad tanta sollemnia;
- 3 a. Haec secundum saeculi  
Dignitatem nobili  
Nascitur prosapia.
- 4 a. Mente Deum concipit,  
Duas in domo conspicit  
Fenestras, sed praecipit,  
Ut iam fiat tertia;
- 5 a. Planta pura  
Fit figura,  
Nova fons iura  
Sumit plura  
Dans aegris remedia.
- 2 b. Diem festum agimus  
Barbarae, recolimus  
Sacra natalitia.
- 3 b. Videns, transitoria  
Quod sit mundi gloria,  
Haec spernit conubia,
- 4 b. Crucis facit signaculum,  
Sed erit ad miraculum  
Hoc omne per saeculum  
In domo patria.
- 5 b. Virgo deos  
Spernens eos  
Detestatur,  
Iam culpatur  
De fenestra tertia.

- 6 a. Trinitatem profitetur,  
Dolet pater, commovetur,  
Evanescit filia.
- 7 a. Iam praesidi praesentatur,  
Verum Deum protestatur,  
Verberatur,  
Arta damnatur  
Iam carceris custodia.
- 8 a. Isti latus aperitur,  
Ardens lampas adponitur;  
Plus punitur,  
Nam tunditur  
Caput, truncantur ubera.
- 6 b. Grex pastoris fit locustae,  
Capta virgo caesa fuste  
Clauditur in cellula.
- 7 b. Carcer resplendet lumine,  
Sanat Deus plagas in virgine;  
Absque fine  
In certamine  
Haec devovet sculptilia.
- 8 b. Iam nudata agitatur,  
Dei stola iam velatur,  
Decollatur,  
Deportatur  
Ad regna caelestia.
9. Hinc aeterna  
sint nobis gaudia.

Miss. ms. Leodiense saec. 15. Cod. Vatican. 3808. A. — Miss. ms. Traiectense saec. 15. Cod. Mazarin. 433 (224). B. — Miss. ms. Mosaetraiectense saec. 15. Cod. Hagen. J. 10. C. — Grad. ms. Boscoducense saec. 15. Cod. Arch. S. Ioannis Boscoducen. s. n. D. — Miss. ms. Noviomagense saec. 15. Cod. Mus. Noviomagen. I a 2 E. — Grad. ms. Aquisgranense anni 1330. Cod. Capit. Aquisgranen. XIV. F. — Miss. Leodiense imp. Delf s. a. (1485). G. — 2a, 1 Huius E. — 2b, 1 Diem istum A. — 3b, 2 sint mundi gaudia G. — 3b, 3 sprevit A. — 4a, 1 induit E. — 5a, 4 Sinit C. — 5b, 2 eos fehlt A. — 6a, 3 facia B. — 7a, 1 Nam G. — 7b, 1 splendet E. — 7b, 3 Sine fine B. — 8a, 1 Christi latus B. — 8a, 3 fehlt B. — 8a, 4 tonditur AB. — 8b, 2 clam velatur B. — 8b, 3 Decollata ACD. — F ist leider nicht kollationiert. — Die manchen Silbenüberschüsse können bei der Übereinstimmung der Quellen nicht als Textkorruption bezeichnet werden.

### 137. De sancta Barbara.

- 1 a. Virgo mitis, generosa,  
Gemma caeli pretiosa,  
Sponsa Christi speciosa,  
Dioscori filia.
- 2 a. Christus eam visitavit  
Et in vinclis confortavit,  
Plagas eius mox sanavit,  
Sana refert gratias.
- 3 a. Ave, proles creatoris,  
Ave, sponsa redemptoris,  
Salve, serva salvatoris,  
Angelorum nuntia.
- 1 b. Tecum, virgo, lapis volat,  
Ut sic tuus pater colat  
Trinitatem, quem violat  
Haeresis ludibria.
- 2 b. Veste caeli sibi data  
Migrat virgo haec beata  
Sicque patris decollata  
Manus sensit impias.
- 3 b. Supplicat nunc chorus iste  
Per Barbaram, pie Christe,  
Irasci nobis desiste,  
Qui es vera venia.

Prosar. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Andegaven. 90. A. — Miss. ms. Aeduense saec. 15. Cod. Semin. Aeduens. s. n. (125). B. — Miss. ms. S. Maturini Parisini anni 1510. Cod. Mazarin. 430 (233). C. — Grad. ms. Strahoviense saec. 16. Cod. Strahovien. Ho 1. D. — Miss. Cabilonense imp. Lugduni 1500. E. — Miss. Romanum imp. Parisiis 1523. F. — Miss. Romanum [Franciscanum] imp. Lugduni 1535. G. — Miss. Senonense imp. Parisiis 1543. H. — 1b, 1 marmor volat A; axis C; saxis D. — 1b, 2 suus D. — 1b, 3 quae FG; qui BE. — 1b, 4 Haeresum A. — 2a, 1 Eam Christus A. — 2a, 2 Et fehlt B; vinculis ABCDE. — 2b, 1 Teste FG. — 2b, 4 sentit EFGH. — 3b, 1 Supplicat te chorus FG. — 3b, 3 Nasci nobis ediscite D. — Melodie offenbar: Verbum bonum.

138. De sancta Barbara.

- |                                                                                            |                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Magna summae trinitati,<br>Uni sed divinitati,<br>Exstet laus per saecula;            | 1 b. Astra poli quam adorant,<br>Plausu laudant et honorant<br>Cum Christi plebecula.  |
| 2 a. Testis cuius virgo pia<br>Acrum tranat nacta dia<br>Barbara martyrium.                | 2 b. Haec sunt enim eius festa,<br>Quibus scandit post molesta<br>Felix ad empyrium.   |
| 3 a. Ista virgo, praeformosa<br>Vultu, fide virtuosa,<br>Actu sancto claruit.              | 3 b. Atrox pater huius quidem<br>Dios est et corus, idem<br>Fide Christi caruit.       |
| 4 a. Struxit altam parens sibi<br>Turrim, ut moretur ibi<br>Forma compta nimia.            | 4 b. Vult fenestram mox post binam<br>Sacra lucis trinae trinam<br>Praedicans eximia.  |
| 5 a. Unus, inquit, cuncta regit<br>Deus, deos sacro fregit<br>Patrios litigio.             | 5 b. Abdit saxus hanc ab ira<br>Patris, vecta stat, en mira,<br>Montis in fastigio.    |
| 6 a. Latet virgo, sed prodentis<br>Hanc locustae grex pascentis<br>Ovium fit verius.       | 6 b. Raptam crine pater ellam<br>Flagris torquet addens cellam<br>Artam hinc severius. |
| 7 a. Ast praefecto praesentavit<br>Pater natam, flagitavit<br>Poena premi varia.           | 7 b. Mandat praeses adorari<br>Deos, in hoc imitari<br>Patrum exemplaria.              |
| 8 a. Inson virgo hos irridet,<br>Praeses fremit, frendet, stridet<br>Ut exsensis dentibus; | 8 b. Artim flagris fit punta,<br>Tectis cilicinis trita<br>Desuper stringentibus.      |
| 9 a. Minae, carcer nec assura<br>Membra neque quaeque dura<br>Vincunt pueritia.            | 9 b. Alba stola destinatur<br>Et a patre decollatur<br>Dira post supplicia.            |
| 10 a. Taetra patrem tis averna,<br>Virgo, terrent, sed superna<br>Tibi lucet gloria;       | 10 b. Illam nobis, ubi quies<br>Perpes est et laeta dies,<br>Fer post transitoria.     |

Grad. ms. Margaretae Scheiffart de Merode saec. 15. Cod. Mus. Hungar. Pestin. lat. 259. Akrostichon: Mathias Walrami Amati.

139. De sancta Barbara.

- 1 a. Laeto corde resonemus  
Et in arce iubilemus  
Ad ipsam cum canticis,  
2 a. Quos ad primam tunc reduxit,  
In Barbaram dum effluxit  
Universa gratia;  
3 a. Ut exermis carne mente  
Recto verbo inhaerente  
Per amoris vinculum  
4 a. Martyrio et doctrina,  
Castitate quasi trina  
In figura disputat.  
5 a. Deum trinum unum docet,  
Pater saevit, sed non nocet  
Statim eius gladius.  
6 a. Flagellata, concremata,  
Eculeo tormentata,  
Adficta suppliciis.  
7 a. Patris domo est ejecta,  
Terram circuit ut despacta,  
Denudata penitus;  
8 a. Eia, virgo, nos agnosce,  
Sacramento nos deposce  
Salvatoris refici,
- 1 b. Ex qua manant arguendi  
Modi recte et vivendi  
In figuris caelicis.  
2 b. In qua nulla reperitur  
Negativa, sed nescitur  
Mentis, carnis macula.  
3 b. Haec conclusit omne verum,  
Dum ens primum claudit rerum  
Per illapsum caelicum.  
4 b. Vertex eius crucis signo  
Dum munitur, cum maligno  
Hoste trino dimicat.  
5 b. Sponsa Christi quia credit,  
Murum transit et non laedit  
Velut lucis radius.  
6 b. Inter poenas quam amoenas  
Veri sentit fontis venas  
Innixa deliciis!  
7 b. Caelum orans dum aspexit,  
Stola munda hanc protexit  
Formata divinitus.  
8 b. Vita ista dum gravamur,  
Ut aspectu mereamur  
Creatoris perfici.

Miss. ms. S. Sigismundi Cremifanensis saec. 15. in. Cod. Cremifanen.

41. A. — Miss. ms. Patavienne saec. 15. Cod. Sitanstetten. 247. B. — Miss. ms. Alrispacense saec. 15. Clm. Monacen. 2873. C. — Miss. ms. Speciale (incert. origin.) saec. 15. Cod. Linceu. I q. 9. D. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Archiep. Utinex. Fol. 34. E. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1510. F. — Steht auch im: Miss. Aquilegiense imp. Augustae (Radolt) 1494. — Miss. Pragense imp. Venetiis 1503. — 1a, 1 Toto BE; Laeto plausu C. — 1b, 1 manat BCDE. — 1b, 2 Modus BCDE; recti A, vere et E. — 2a, 2 Barbara dum A; tunc BCDE. — 2a, 3 Universalis AF. — 2b, 1 repetitur A. — 3a, 1 extremis carnis ABCD. — 3a, 2 Centro AF. — 3b, 1 Hic BCDE, Sic F; exclusit E. — 3b, 2 claudat E; clausit BCD. — 4a, 1 Martyrio instructura E. — 4a, 2 Quasi trina in figura BCE. — 4a, 3 Castitate BCE. — 4b, 2 Dum inimicus a maligno A. — 5a, 2 Saevit pater AF. — 5a, 3 Statum D. — 5b, 1 Sponsam E; quoque E; cedit AEF. — 5b, 2 sed non A. — 6a, 2 Eculei haec tormenta E. — 6a, 3 Adfixa BC, Adfixa E. — 6b, 1 Inter portas A. — 6b, 3 Infixa D. — 7a, 1 deiecta E. — 7a, 2 cernit sed E. — 8a, 3 Salutari BCE. — 8b, 3 Salvatoris refici F. — Melodie: Elisabeth Zachariae. — Cfr. Kehrein, Nr. 858; dort auf Noburga!

140. De sancto Barnaba.

- 1 a. Dum sphaera caeli volvitur,  
Praeclara dies oritur  
Barnabae apostoli;
- 1 b. Qui spe venturae gloriae  
Commotus et dulcedine  
Vana horret saeculi.

- 2 a. Apostolus et levita,  
Clarus fide, clarus vita,  
Clarus et miraculis;
- 3 a. Pro corona non marcenti  
Perfert brevis vim tormenti,  
Nam manet victoria.
- 4 a. Plenus iam sancto spiritu  
Puro ducit intuitu  
Saulum ad apostolos.
- 5 a. Divinitus confortatus  
Et a Paulo segregatus  
Ad Cyprum mox navigat.
- 6 a. O vir sancte et decore,  
Laude dignus et honore  
Iugique memoria,
- 2 b. Sub hac luce triumphavit  
Et triumphis insultavit  
Barnabas incredulis.
- 3 b. Ei fuit mors natalis,  
Sibi poena terminalis  
Vitae dat primordia.
- 4 b. Antiochiam transmissus,  
A fratribus recte visus  
Congregat discipulos.
- 5 b. A Iudeis ergo captus  
Et igni adiudicatus  
Sic ad caelum properat.
- 6 b. Cuius nomen est iucundum,  
Languescentem fove mundum  
Caelesti fragrantia.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523. — Enthält Anklänge an die Laurentius-Sequenz Adams v. St. Victor.

#### 141. De sancto Bartholomaeo.

- 1 a. Detur laus Bartholomaeo,  
Sed perprius detur Deo,  
Cuius fulsit lux in eo,  
Servo et apostolo.
- 2 a. Praedicator veritatis  
Nubem fugat falsitatis,  
Lumen praestat excaecatis  
Et salutem languidis.
- 3 a. Sed tot poenis cruciatus  
Et vivus excoriatus  
Nunquam fuit superatus  
Memor Christi lateris.
- 4 a. Hic te, Christe, sic dilexit  
Et terrena sic despexit,  
Quod hunc terror nullus flexit  
Nullumque supplicium.
- 1 b. Luce fulsit hic virtutum  
Monstrans iter nostrum secutum,  
Daemonemque fecit mutum  
Inclusum in idolo.
- 2 b. Signis fulget et virtute  
Plebis orans pro salute,  
Spoliatur tandem cute  
Damnatus a perfidis.
- 3 b. O quam felix praedicator,  
Memor, quam sit miserator  
Christus nobis, qui salvator  
Est humani generis.
- 4 b. Hic te, Christe, semper fassus  
Est ab Indis mortem passus;  
Per hunc nobis sis compassus,  
Da caeli solacium.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univers. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 15. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. C. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin., 12. D. — Miss.  
Hispalense imp. Hispali 1507. E. — 2 b, 2 ornans A. — 2 b, 3 Exponatur  
ABD, Exspoliatur CE. — Str. 3 b sqq. fehlt CDE. — Str. 4 fehlt B. —  
4 b, 1 fissus A.

142. De sancto Bartholomaeo.

- 1 a. Exsultet cum laetitia  
    Virgo mater ecclesia,  
        Apostoli gaudium
- 1 b. Bartholomaei incliti,  
    Praeclari civis caelici,  
        Concinens martyrium.
- 2 a. Qui ad Indiam directus  
    Mox ruina est effectus  
        Idolorum ritibus.
- 2 b. Nam Astaroth obmutuit  
    Et tunc adfari potuit,  
        Cum iussit apostolus.
- 3 a. Dum ergo Christum praedicat,  
    Mirandis signis emicat  
        Doctor sic veridicus.
- 3 b. Daemonem nequam eicit  
    Et ecclesiam erigit  
        Praeco evangelicus.
- 4 a. Rege dehinc baptizato  
    Ac in praesulem dicato  
        Ordinat ecclesiam.
- 4 b. Post multorum pro salute  
    Acquirenda cum virtute  
        Christi spargit gratiam.
- 5 a. Sed iniqui scelerati  
    Sacerdotes congregati  
        Astyagem adeunt,
- 5 b. Ut paeclarae vir virtutis  
    Pleteretur poena mortis,  
        Toto nisu satagunt.
- 6 a. Sic apostolus insignis,  
    Sanctus, clarus et nobilis  
        Caeditur acerrime.
- 6 b. Dehinc pelle iam privatus  
    Ense sic est decollatus  
        Vir supernae gloriae.
- 7 a. Iesu dulcis, Iesu pie,  
    Te laudamus in hac die,  
        Salva nos ab hostibus,
- 7 b. Precibus Bartholomaei  
    Nos perducas, fili Dei,  
        Ad te in caelestibus.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523.

143. De sancto Benedicto.

1. Gaudens monachorum  
    legio coniubilet,
- 2 a. Patris intonans merita,  
    Sunt quae tot miris prodita  
        Miraculis.
- 2 b. Ortus nobili stemmate,  
    Sed virtutum fit lampade  
        Nobilior.
- 3 a. Nursia genetrix  
    almae prolis,  
    Roma doctrix  
        eiusdem fertur subolis.
- 3 b. Aetate lubrica  
    spernens cuncta  
        ad superna  
        tendebat mentis lumina
- 4 a. Vasis fracti  
    maestae nutricis  
    naturam reformans  
        reddit integrum.
- 4 b. Multos schema  
    rite vivendi  
    Romano tradente  
        laetus accipit.
- 5 a. Hinc iam cassa  
    laudis fugitans,  
    ferarum lustra quaeritans;
- 5 b. Et nec ibi  
    lampas latuit,  
        sed mox pluribus patuit.

- |       |                                                                                     |       |                                                                                              |
|-------|-------------------------------------------------------------------------------------|-------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 6 a.  | Occulta cordis<br>inspiciens,<br>puerum redarguens;                                 | 6 b.  | Defuncti membra<br>resuscitat,<br>morbida mox reparat.                                       |
| 7 a.  | Miranda relaturus<br>subditur ei mundus,<br>cernit esse collecta<br>quaeque creata. | 7 b.  | Mutatur et natura,<br>cum vehit ferrum unda,<br>Maurum iussa complentem<br>portat currentem. |
| 8 a.  | Quis queat plurima<br>eius promere miracula,                                        | 8 b.  | Mundo qui splendidus<br>fulsit ut solis orbiculus?                                           |
| 9 a.  | Prophetis<br>hunc parem credimus,<br>apostolis quam plura<br>gessit aequalia;       | 9 b.  | Iam stola<br>praenitens candida<br>sequax illius [agni]<br>gaudet caelicola.                 |
| 10 a. | Alme summae<br>norma vitae,<br>nostro fave iubilo,                                  | 10 b. | Intercede<br>crebra prece<br>pro devotis famulis.                                            |

11. Trinitati  
sit laus aeterna.

Grad. ms. saec. 15. Cod. Bruxellen. Fétis 1174. A. — Miss. ms Belisianum.  
saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. B. — 4b, 1 Cultoris schema A; Multorum schema B. — 5b, 3 claruit B. — 6b, 3 morbidata AB. — 7b, 1 Miratur B. — 7b, 2 cum velut ferrum B. — 9b, 4 caelicolis AB. — Melodie:  
Eia turma. — Cfr. Anal. Bolland VI, 391.

144. De sancto Benedicto.

- |      |                                                                                  |      |                                                                                    |
|------|----------------------------------------------------------------------------------|------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. | Pater sanctus Benedictus<br>Christi pugil fit invictus,<br>Fulsit signis variis; | 1 b. | Hostes fregit, mundum sprevit<br>Carnis labem hic subegit<br>Virtutum potentiis.   |
| 2 a. | Hic fit rutilans lucerna,<br>Luce succensus superna<br>Lucis spargens radios.    | 2 b. | Dum per sanctae vitae mores<br>Binos facit meliores<br>Et informat alios.          |
| 3 a. | Hic idola destruit,<br>Fidem rectam instruit<br>Christum praedicando.            | 3 b. | Vir fuit propheticus,<br>Totus evangelicus<br>Proximos amando.                     |
| 4 a. | Hic est lator novae legis,<br>Fidus duxor Christi gregis<br>Ad caeleste horreum. | 4 b. | Hic est alter Elisaeus,<br>Propter cuius preces Deus<br>Auxit fratrum oleum.       |
| 5 a. | De profundo ferrum mersum<br>Eius iussu est reversum,<br>Visu solvit vincula.    | 5 b. | Vas confregit signo crucis,<br>Quo in mortem sui ducis<br>Grex ferebat pocula.     |
| 6 a. | Vas confractum solidavit<br>Corque fratris denudavit<br>Producens in lucidum.    | 6 b. | Dum oboedit Maurus patri,<br>Super undas plantis Petri<br>Currens traxit Placidum. |

- 7 a. Super saxum vitrum iactum  
Est levatum sed non fractum,  
Petra fundit fluvium.  
8 a. Aegros multos qui sanasti  
Mortuosque suscitasti  
Tua prece,  
9 a. Pro quo decertasti pridem,  
Nunc coniunctus es eidem  
In caelesti patria.
- 7 b. Membra fratris sanat fracta,  
Christo pia prece facta  
Patri reddit filium.  
8 b. Animarum nunc languores  
Sana, pater, rege mores,  
Purga faece.  
9 b. Post te trahe tuum gregem,  
Ut videntes tecum regem  
Perfruamur gloria.

Miss. ms. Raigradense saec. 12. Cod. Raigraden. <sup>D</sup> K I β 2. add. saec. 15. —  
2 a, 1 rutilans fit. — 4 b, 2 Fidus auctor. — 7 a, 1 vitem. — Melodie natür-  
lich: In superna hierarchia.

145. De ss. Benedicto, Mauro, Placido,  
Scholastica.

- 1 a. Benedicti grandia  
Maurique paeonia,  
Placidi martyria  
Resonemus,  
2 a. Regulam exhibuit,  
Re ac verbo docuit,  
Miraculis floruit  
Benedictus.  
3 a. Huic Maurus subditur,  
Dei vas efficitur,  
Super aquas graditur  
Petrum sequens.  
4 a. Placidus paeinnocens,  
In Siciliam pergens,  
Nomen Christi exprimens  
Fustigatur.  
5 a. Scholastica oravit,  
Imbres caelum donavit,  
Gressum fratris artavit  
Et recursum.
- 1 b. Scholasticae merita,  
Christi dona inclita,  
Iam cum laude debita  
Memoremus.  
2 b. Claudis gressum tribuens,  
Mortuo vitam reddens  
Et futura paeonoscens  
Hic est dictus.  
3 b. Res miras exsequitur,  
In Galliam mittitur,  
Ubi demum moritur  
Summa petens.  
4 b. Lingua post inciditur,  
Sed hinc magis loquitur  
Et, cum caput scinditur,  
Coronatur.  
5 b. Nobis dent auxilium,  
Ut in fine temporum  
Casinum collegium  
Scandat sursum.

Miss. Casinense saec. 14. ex. Cod. Casinen. 128. — 3 b, 4 potens. —  
4 b, 1 incidatur. — 4 b, 2 hic. — Mel. wohl: Mariae paeconio.

146. De sancto Bernardino.

- 1 a. Apud salvatorem Christum  
Mundum recommendes istum,  
Bernhardine,  
Vir divine,  
Ut mundetur melius.
- 1 b. Bernhardine, praedicator,  
Paupertatis observator,  
Doctor magnus,  
Mitis agnus,  
Minor, sed egregius.

- 2 a. Iesus in nativitate  
Matris suae cunctis gratae  
Mundo natum  
Sed renatum  
Te elegit dulciter.
- 2 b. Ortus ab honestis pie  
Prece virginis Mariae  
Honestate,  
Pietate  
Praecellebas iugiter.
- 3 a. Scholas puer frequentando,  
Vitiosa detestando  
Consodales,  
Coaequales  
Instruxisti moribus.
- 3 b. Crucifixo Iesu gratus  
Et ab eo confortatus  
Festinanter  
Et laetanter  
Tua das pauperibus.
- 4 a. Iuvenis ingeniosus,  
Honestissime formosus,  
Pius verbis  
Non acerbis,  
Stella fulgens saeculo.
- 4 b. In Francisci via tute  
A primaeva iuventute  
Ambulasti,  
Ut optasti,  
Praebens iter populo.
- 5 a. Virginali vita fretus,  
Facie venusta laetus,  
Ut crystallus  
Et corallus  
Rutilas egregie.
- 5 b. Legis decem chordas sonans,  
Bernhardine, praeco tonans  
Iesum ducem,  
Veram lucem  
Medio ecclesiae.
- 6 a. Mel eructas praedicando,  
Iesu nomen propalando,  
Mente mera  
Dicens vera  
De scripturae floribus.
- 6 b. Verum profers vere gratis  
Praedicator veritatis,  
Ut in signis  
Factis dignis  
Plus laborans omnibus.
- 7 a. Ut memoria Iosiae,  
Sic tu filio Mariae  
Per doctrinam  
Sic divinam  
Redoles suaviter.
- 7 b. Exis animo iucundo  
De hoc lacrimoso mundo  
Sine fletu,  
Sine metu  
Moriens hilariter.
- 8 a. Evangelio devotus,  
Deo plus quam mundo notus,  
Post peracta  
Digna facta  
Frueris caelestibus.
- 8 b. Haustor gratiae divinae,  
O confessor Bernhardine,  
Alme pater,  
Vere frater,  
Fratres iuva precibus.
- 9 a. Melos laudis decantatur,  
Dum laus tua declaratur  
Gratiose,  
Gloriose  
Meriti paeconiis.
- 9 b. Lux delectet nos aeterna  
Et laus Dei sempiterna  
Velut rosa  
Speciosa  
Mentium paeconiis.

147. De sancto Bernardo.

- 1 a. Sacrum festum celebremus,  
Corde, voce decantemus  
Pro Bernardi gloria;
- 1 b. Qui, dum ventre gestabatur,  
In figura monstrabatur  
Catuli per somnia.
- 2 a. Doctor magnus post futurus,  
Lingua mentes curatur,  
Clamans contra vitia.
- 2 b. In aetate iuvenili  
Corde peragens senili  
Respuit carnalia.
- 3 a. Mente fervens, mundum spernens,  
Sic ad iugum Christi pergens  
Secum duxit alias.
- 3 b. Velut stella matutina  
Vita pollens et doctrina  
Mundo sparsit radios.
- 4 a. Mitis fuit conversando,  
O quam dulcis praedicando,  
Favum stillans labiis.
- 4 b. Mente cælum ascendebat,  
Peregrinus dum manebat  
A supernis gaudiis.
- 5 a. Fratres regens abbas verus,  
Libros dictans doctor merus,  
Agnus innocentiae.
- 5 b. Vas refertum, vas decorum,  
Fons redundans, fons dulcorum,  
Lilium munditiae.
- 6 a. Caritate vulneratus,  
Verbo vitae sublimatus,  
Rectus, simplex, humilis.
- 6 b. Castitate decoratus,  
Sacris moribus ornatus,  
Fulsit in miraculis.
- 7 a. Alter hic Israelita  
Sine dolo ducta vita  
Obiit feliciter.
- 7 b. Nunc in caelis cum honore  
Regem videt in decore  
Christum suum iugiter.

Collect. ms. SS. Angelorum Florentin. saec. 15. Cod. Laurent. Conv. sup. 466. — 5 a, 2 verus. — 6 a u. 6 b zeigen Anklänge an den häufig vorkommenden Tropus „Caritate vulneratus“. — Die Überschrift in der Hs. lautet: „Sequentia in honorem s. Bernardi.“

148. De sancto Bernardo Parmensi.

1. Laudes

- 2 a. Sancto Bernardo  
canat ecclesia mater,
- 2 b. De talis nati  
profectu gratulans semper.
- 3 a. Hic velut sidus  
eximum,  
Deo [prae]electum]
- 3 b. Inter fraternalis  
caligines  
rutilans emicat.
- 4 a. Hic Iesu Christi  
praecepsis  
paruit promptus.
- 4 b. Hic eius membris  
subvenit  
minimis largus.
- 5 a. Hinc suae perfectae  
vitae se testem  
exhibit,
- 5 b. Debiles curando  
atque tuendo  
suplices.

6 a. Hunc iam coetibus  
coniunctum sanctorum  
cuncti precemur,

6 b. Ut nos fragiles  
semper conciliet  
Domino Deo,

7. Qui regnat per saecula cuncta.

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n. — 2 b, 1 De fehlt. — 5 a, 1 Hunc.

149. De sancto Bernardo Parmensi.

- |                                                                                           |                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Sanctus pontifex Bernardus,<br>Claris natus, fragrans nardus,<br>Ortus de Florentia, | 1 b. Soporatum quem vocavit,<br>Miro modo visitavit<br>Domini clementia.           |
| 2 a. Monachili veste lata,<br>Nondum nota, demum grata,<br>Plena sanctimonia,             | 2 b. Adulescens in aetate,<br>Morum gratus honestate<br>Mundi sprevit omnia.       |
| 3 a. At intendens bonitati<br>Servos donat libertati<br>Pietatis gratia.                  | 3 b. Regulariter vivebat,<br>Sanctitate refloreat,<br>Scandit ad sublimia.         |
| 4 a. Pastor bonus stat ad postes,<br>Lupum arcet, fugat hostes,<br>Protegit ovilia.       | 4 b. Fide Christi loricatus<br>Summae sedis fit legatus<br>Ad pellenda vitia.      |
| 5 a. Haeresum perversitates,<br>Tyrannorum tempestates<br>Pellit ab ecclesia.             | 5 b. Per quem trinitas beata<br>Est patenter operata<br>Multa mirabilia.           |
| 6 a. Adversantium multorum<br>In virtute meritorum<br>Saepe stravit milia.                | 6 b. Rota solis olim lenta<br>Et hic anima retenta<br>Aequa sunt prodigia.         |
| 7 a. Cum ad Padum sanctus ivit<br>Inundantem, repetivit<br>Flumen loca propria.           | 7 b. Aegros plures et infirmos<br>Sua prece reddit firmos,<br>Eiecit daemonia.     |
| 8 a. Carceratos, catenatos,<br>Dirae morti condemnatos<br>Solvit ab angustia.             | 8 b. Suum exitum praedixit<br>Et indiciis praefixit<br>Temporisque spatia.         |
| 9 a. Mole carnis absolutus<br>Prima stola est indutus,<br>Iubilat in gloria.              | 9 b. Praesul hic et cardinalis<br>Nos ereptos cunctis malis<br>Ducat ad caelestia. |

Collectan. ms. Constantini Caietani saec. 17. Cod. Roman. Alexandrin. 96 (II). A. — Chronica Parmensis imp. Parmae 1858. p. 544. „Ex codice Laurentiano.“ B. — 1 a, 2 flagrans B. — 2 a, 1 lato A. — 2 a, 2 noto demum grato A. — 2 a, 3 Pleno A. — 2 b, 1 iam aetate B. — 2 b, 3 spernit B. — 3 a, 1 Et B. — 4 b, 3 pellendum A. — 6 b, 1 lento A. — 6 b, 2 animo retento A. — 7 a, 2 Inundant A.

150. De sancta Bertha.

1. Orta stirpe nobili  
Bertha, famula Dei,  
Nostra spes et gloria,
- 2 a. Stirpis decus inclitum  
Propter vitae meritum  
Morum pinxit gratia.
- 3 a. Ambo, stirpe nobiles,  
Permanerunt steriles  
Dei providentia.
- 4 a. Ut videret Dominum,  
Salvatorem omnium,  
In Sion aetherea,  
Bertha sprevit terrea.
- 5 a. Quae dum orat  
Et explorat,  
Quo beata  
Deo grata  
Condat habitacula,
- 6 a. Postquam templum  
Ad exemplum  
Mater illa  
Hac in villa  
Struxit Aveniaca,
- 7 a. Fons huic loco deerat solus,  
Quem advexit Berthae colus  
Ducens viam per devia,  
Quem nunc habet ecclesia;
- 8 a. O virago gloria,  
Quae crux tui rosa  
Reddidisti,  
Martyr Christi,  
Christo testimonia.
- 2 b. Quae prolixi intuitu  
Traxit, non pro coitu,  
Gumberti consortia.
- 3 b. Sed dum tempus praeterit,  
Uterque se deserit  
Mente consentanea.
- 4 b. O beata lumina,  
Quibus talis femina  
Hac in carne posita  
Cernebat insolita.
- 5 b. Virtus Dei  
Locum ei  
Declaravit,  
Quo paravit  
Templum mater sedula.
- 6 b. Christi parens  
Huic apparens  
Moniales  
Spiritales  
Distinxit sub regula.
- 7 b. In qua fecit multa signa  
Bertha degens, laude digna,  
Morbis praebens remedia  
Et expellens daemonia.
- 8 b. Audi preces tui gregis,  
Ut in aula summi regis  
Tuo ductu  
Pleno fructu  
Consequamur gaudia.

Miss. Rhemense imp. Rhemis 1553. — 6 b, 2 huic ist einsilbig zu lesen;  
das Gleiche gilt von huic resp. deerat in 7 a, 1. — Melodie wahrscheinlich:  
Mane prima sabbati mit Repetition der 5. Strophe.

151. De sancta Birgitta.

1. Alleluia

- 2 a. Iucundum resonet  
praesens ecclesia
- 2 b. Felicis Birgittae  
concinens gloriam.

Collect. ms. Halense saec. 15. Cod. Vindobonen. 1316. mit Mel. — Verfasser der Sequenz ist vielleicht Birgerus Gregorii, da sie in der Hs. auf sein Birgittenofficium folgt.

152. De sancta Birgitta.

- |                                                                                                                           |                                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Surgit mundi<br>vergente vespere<br>Velut stella<br>micens in aethere<br>Birgitta, vas gratiae<br>Rosaque munditiae. | 1 b. Stans fortis in<br>amoris foedere<br>Scandit Christum<br>decenter capere<br>Cordis in hospitio<br>Dulci desiderio. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- 2 a. Nil dulce quaerens,  
    nil amabile  
Carni, mundo  
    vel vanae gloriae  
Christi sub gremio  
    cor humile  
    Requiescit.
- 2 b. Hostis caput  
    contrivit fortiter,  
Dum in bono  
    subcrescens iugiter  
Christo sponso  
    frui feliciter  
    Inardescit.
- 3 a. Sponsus sponsam  
    frequenter instruit,  
Novam vitae  
    normam instituit,  
Ut sic in sponsa,  
    prout congruit,  
    Delectetur.
- 3 b. Grato fruens  
    amore properat,  
Iugum sponsi  
    ferre desiderat,  
Libens et prona,  
    quod statuerat,  
    Profitetur.
- 4 a. In caelis sua  
    conversatio  
Miro placens  
    virtutum radio  
Dei sanctorumque  
    colloquio  
Recreatur.
- 4 b. Tandem vitae  
    completo stadio  
Mundi transfertur  
    de naufragio  
Et in summo  
    caeli consortio  
    Coronatur.
- 5 a. Sis, Birgitta,  
    nobis propitia,  
Mira de te  
    clarent prodigia,  
Plebsque laeta  
    Dei magnalia  
    Confitetur.
- 5 b. O Maria,  
    dulce praesidium,  
Fac Birgittae  
    per patrocinium,  
Ut optatum  
    in caelis bravum  
    Nobis detur.

Miss. ms. Hospitalense s. Birgittae saec. 14. Cod. Vatican. 5742; bis: fol. 42. A; fol. 47 (mit Melodie). B. — Miss. ms. Tiechobucense saec 14 et 15. Cod. Prag. XIV B 17. C. — Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Alto-vaden. XXV. D. — Miss. ms. Cremsense saec. 15. Cod. Prag. XII B 13. E. — Miss. Cracoviense imp. Nurembergae 1492. F. — Miss. Lundense imp. Parisiis 1514. G. — 1a, 5 via gratiae C. — 1b, 1 Stans foras CD. — 1b, 4 diceenter D. — 2a, 1 Nihil dulce quaerens et CD; nihil amabile C. — 2b, 4 succurrens D. — 2b, 5 Christi G. — 2b, 7 Et ardescit C. — 3a, 1 Sponsam sponsus AG. — 3a, 4 instruit D. — 3a, 5 Ut sic fehlt G; prout cognovit D. — 3b, 1 fervens AB. — 3b, 4 desiderans D. — 3b, 5 atque prona C; quae statuerat C, qui statuerat D. — 5a, 3 sq. clarent de te G. — 5a, 5 laeta fehlt OG; laetari magnalia D. — 5b, 6 fehlt C. — In D ist, obgleich Brevier, die ganze Messe der h. Birgitta eingetragen. — Melodie: Nativitas Mariae virginis. — Die Cäsur nach dem zweiten Versfuß ist oft nicht gewahrt.

153. De ss. Birino et Swithuno.

1. Laude resonet  
te, Christe, devote  
supplex turma,

- 2 a. Ecclesiae qui gemmas  
de mundi pulvere  
tollis ad sidera,  
3 a. Patrem ab arce  
Birinum  
missum Romulea,  
4 a. Qui candelabra  
Christi aurea  
spargunt charismata  
superna,  
5 a. Sanat hic corda,  
curat hic corpora,  
6 a. Hic plantat,  
hic rigat,  
hic talenta duplicat,  
hic fidus consecrat  
numisma.  
7 a. Hic prorecta est  
fidei,  
hic est et ancora,
- 2 b. Per quas pacis visio,  
mater Ierusalem,  
ornata rutilat.  
3 b. Misit Swithunum  
patria  
natum et Anglicana.  
4 b. Quorum lavacri  
prior dat fontem,  
sequens pluit signa  
triumphans.  
5 b. Dux et hic tonat,  
lux et hic fulgurat.  
6 b. Baptisma  
hic praebet,  
chrisma hic sanctificat,  
hic docet, hic orat,  
hic firmat.  
7 b. Ambo praesules,  
angelis  
Anglos qui sociant.

8. Nos promere  
per quos tu fac, Christe,  
in astris Alleluia.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Collegii Corporis Christi Cantabrigen. 473. — Titel der Sequenz: Ecce quam bonum.

#### 154. De sancto Blasio.

- 1 a. Lyra laudis formet sonum,  
Laudet Blasio patronum,  
Nec obstet desidia.  
2 a. Hic ab aevo iuventutis  
Se a naevo spe salutis  
Alium exhibuit.  
3 a. Ad honorem praesulatus  
Iuxta morem sui status  
Sublimari meruit.  
4 a. Mons Argei  
Virum Dei  
Intra specum  
Celat secum  
Nec sine solacio.
- 1 b. Pater, verbum, pneuma sanctum  
Praesit laudi, ducat cantum,  
Conferat praesidia.  
2 b. Fretus arte medicinae  
Tam hac parte quam divine  
Multis opem tribuit.  
3 b. Mentis sanae, vitae rectae  
Mox profanae locum sectae  
Fugiens deseruit.  
4 b. Adest isti  
Cura Christi;  
Ne desperet,  
Huic haeret,  
Spes est confortatio.

- 5 a. Sanctus orat et ieunat,  
Christo semper se adunat  
Sacro vacans ritui.
- 6 a. Praeses vocat hunc inventum,  
Et, dum vadit ad tormentum,  
Larga fit curatio.
- 7 a. Vir suspensus laniatur,  
Ut offensus compellatur  
Ferre sacrificium.
- 8 a. Sicco pede supra mare  
Sanctum videt ambulare  
Nec cedit malitia.
- 9 a. Sic pro fide decollatur  
Nec a fide segregatur  
Supernorum civium.
- 10 a. Iesu bone, tu nos dita  
Tuis donis tam in vita  
Quam perenni gloria;
- 5 b. Dum in bono se assuescit,  
Carnem domat et compescit  
Et subdit spiritui.
- 6 b. Os a fauce devulsatur,  
Poreus redit et salvatur  
Victus sustentatio.
- 7 b. Hostis furit et rebelli,  
Qui a fide nequit pelli,  
Minitat supplicium.
- 8 b. Sicut lapis capit fundum,  
Mersi cadunt in profundum  
Comites stultitiae.
- 9 b. Fides sapit tunc profectum,  
Quando capit iter rectum  
Et concludit trivium.
- 10 b. Ne damnamur ut confusi,  
Salva nos, qui sumus usi  
Blasii memoria.

Grad. ms. S. Gereonis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VI 5 —  
9 b, 2 capit ita. — Melodie: Maiestati sacrosanctae. — Str. 2, 3, 7 u. 9  
zeigen Binnenreim.

### 155. De sancto Bonaventura.

- 1 a. In superna hierarchia  
Iubilans cum prole dia  
Christo simul ac Maria  
Sanctisque perenniter.
- 2 a. Te pater praedestinavit,  
Ab aevo natus vocavit,  
Pneuma te iustificavit  
Clementer in tempore.
- 3 a. Vita simul ac doctrina  
Tua clamant haec divina,  
Quod eruptus a ruina  
Exstas cuncti vitii.
- 4 a. Te gravissime languentem  
Matris ob precem ferventem  
Sacer saluti gaudentem  
Franciscus restituit.
- 5 a. Cinctus cordula Minorum  
Gradiendo vias morum  
Ad thesauros meritorum  
Aspiras celeriter;
- 1 b. Bonaventura beate,  
Per te nobis sint paratae  
Mansiones, quae tam gratae,  
Caelestes finaliter.
- 2 b. Te Deus gratificavit,  
Mire nunc magnificavit,  
Tibi secum praeparavit  
Claro sedem opere.
- 3 b. Sanctis moribus ornatus,  
Deo summo summe gratus.  
A civibus honoratus  
Sempiterni gaudii.
- 4 b. Capti doni non ingratus  
Per te cursus exaratus  
Vitae patris est sacratus,  
Qua felix hic floruit.
- 5 b. Quos contemptu mundanorum,  
Fuga saecli et honorum  
Affectuque supernorum  
Congeris viriliter.

- 6 a. Sacer o Bonaventura,  
Tibi cor, corpus in cura  
Ad colendum velut rura  
Fructus ad propaginem.
- 7 a. Exstirpator serpentinae  
Haeresis, fons disciplinae,  
Vas caelestis medicinae,  
Puritatis caelicae.
- 8 a. O columna nimis fortis  
Sponsae Christi et consortis,  
Quae praevalet portis mortis  
Vitae servans lineam.
- 9 a. Sancte praesul, pie pater,  
Celse doctor, care frater,  
Per te nobis absit ater  
Infernus horribilis.
- 6 b. Pastor duxque sic Minorum  
Ducis, pascis ferculorum  
Verbi vitae plurimorum  
Adponens dulcedinem.
- 7 b. Stella clara lucens mundo  
Christum, lignum vitae, mundo  
Pectore fers ac iucundo,  
O doctor seraphice.
- 8 b. O gemma sacerdotalis,  
Dignus sponsae cardinalis,  
Vitae post cursum a malis  
Sublatus ad gloriam.
- 9 b. Per te condescendamus caelos,  
Evadamus orci delos,  
Gloriae canamus melos  
Incomprehensibilis.

Miss. ms. Franciscanum Amstelodamense anni 1531. Cod. Weerten. Fa 7. —  
6 b, 1 duxque sis. — Mel. vermutlich: Sanctitatis nova signa.

### 156. De sancto Bonaventura.

- 1 a. Catervae, o altissime,  
Dono tuo, piissime,  
Voto suae carissimae  
Divus Bonaventura.
- 2 a. Laete iunctus collegio  
Tecum in throno regio  
Gaudet Bonaventura.
- 3 a. Ad contemptum huius mundi;  
Adam, hominis secundi,  
Exemplo fructus fecundi  
Rexit Bonaventuram.
- 4 a. Uerus hic Israelita,  
Nec dolosa eius vita  
Fuit Bonaventurae,
- 5 a. Gregem tuum, pastor bone,  
Rege, cum sit in agone,  
Et participem coronae  
Sancti Bonaventurae,
- 6 a. Iuste pater omnipotens,  
Uere filius sapiens,  
Summa caritas procedens  
Bonum Bonaventurae,
- 1 b. Iesu, sanctorum tuorum  
[Rex, corona confessorum,]  
Natura fulgens suorum  
Morum Bonaventura
- 2 b. Iustitia comprobata,  
Pietate roborata,  
Duxit Bonaventuram
- 3 b. Nomine hereditavit,  
Miserans praedestinavit,  
Benefecit et amavit  
Aevo Bonaventuram.
- 4 b. Sicut testantur opera  
Ac religio aspera  
Magni Bonaventurae.
- 5 b. Gaudeat, fac, ut laetetur;  
Orat, pulsat, conservet;  
Rogat, errans revertetur  
Prece Bonaventurae.
- 6 b. Quo ditatus mirifice  
Seraphicus deifice  
Quiescit iam pacifice  
Doctor Bonaventura.

7. Oramus, tribue,  
Miseris adnue,  
Famulos respice,  
Tecum da vivere  
Cum Bonaventura;  
Amen dicant omnia.

Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carlsruhan. Geo.  
3. — 1a, 2 u. 1a, 3 vielleicht umzustellen; ich konstruiere nämlich: Cater-  
vae suae carissimae voto, o altissime, [et] dono tuo, o piissime, divus [est]  
Bonaventura. — Auf 2b, 1 folgt „Virtutibus ornata“. — 6, 1 dicatus. — 7, 4  
da videre. — Eigentlich ist das Akrostichon: Cilianus Gregorius. —  
Dem ungeraden Texte ist die Melodie der Antonius-Sequenz „Psallat voce  
laeta bunda“ förmlich aufgedrängt.

157. De ss. Bova et Doda.

1. Amatorem virginum  
Collaudemus Dominum  
Celebri laetitia,

- |                                                                                                                        |                                                                                                                 |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Qui vernante solio<br>Ditat eas bravio<br>Mira pro victoria;                                                      | 2 b. Quas ex dono gratiae<br>Flore pudicitiae<br>Coronat et gloria.                                             |
| 3 a. Hae regali semine<br>Splendent Dei munere,<br>Felici praesagio.                                                   | 3 b. Earum humilitas<br>Praecellit et sanctitas<br>Virtutum fastigio.                                           |
| 4 a. Nam ut almus arbiter<br>Docet eas pariter;<br>Mundi spretis opibus<br>Iunguntur caelestibus.                      | 4 b. Prudenti consilio<br>Lumen parant Domino,<br>Sacra nitent gratia<br>Teste conscientia.                     |
| 5 a. Optant sponsum tota mente,<br>Personatque clamor nocte:<br>„Sponsus venit, exite!“                                | 5 b. Venit Iesus, adest sponsus;<br>Intrant aulam nuptialem,<br>Sponsi vident faciem.                           |
| 6 a. Virgo, Bova, tu regalis,<br>Quae cunctorum es adiutrix,<br>Tua nos potentia                                       | 6 b. Fac transire callem viae,<br>Nobis redde fontem vitae,<br>Sipientes satia.                                 |
| 7 a. Virgo Doda, bona datrix,<br>Nostra clemens interventrix<br>Sponsum placa, pro quo regna<br>Praeoptasti caelestia. | 7 b. Sponsi flagrans in amorem,<br>Hunc exorans fer dulcorem,<br>Absit nobis damnatio,<br>Prosit dulcis oratio. |
| 8 a. O praeclarae et beatae<br>Castitatis templum factae,<br>Per vos detur victoria,<br>Elidentur vitia.               | 8 b. Summi regis mater digna,<br>Stella maris, dux benigna,<br>Harum prece nobis praebet<br>Sempiterna gaudia.  |

9. Amen dicant omnia.

Missale Rhemense imp. Rhemis 1553. — 5a, 2 clamor harum nocte. Auffallend ist die Vernachlässigung des Reimes in dieser und der correspondierenden Halbstrophe. — 8b, 2 l. lux? — Melodie wahrscheinlich: Mane prima sabatti.

158. De sancta Caecilia.

- |                                                                                                                        |                                                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Mater Sion sancta, gaudie,<br>Dies adest digna laude<br>Virginis Caeciliae.                                       | 1 b. Voce, voto, corde mundo,<br>Thoro casto, laetabundo<br>Sion assint filiae.                                       |
| 2 a. Haec nunquam se permiscuit<br>Participemve praebuit<br>Ludentium lasciviae,                                       | 2 b. Nec clamorem exaudivit<br>Exactoris, sed contrivit<br>Caput anguis nequitiae.                                    |
| 3 a. Fide vera despontavit<br>Sponsum et cohabitavit<br>Illi castis amplexibus.                                        | 3 b. Et, de quo sollicitatur,<br>Frater sponso colligatur<br>Religionis nexibus.                                      |
| 4 a. Hos Christus in ea gignit,<br>Hos confortat, hos insignit<br>Florum sertis<br>Ex consertis<br>Rosis atque liliis. | 4 b. Hos transmittit ad Urbanum<br>Baptizandos et profanum<br>Docet mundum<br>Moribundum<br>Esse cum deliciis.        |
| 5 a. Fide fulta,<br>Mundo culta<br>Virginum regalium                                                                   | 5 b. Doctae mentis<br>Argumentis<br>Superat Almachium.                                                                |
| 6 a. At iniquus hanc cremari<br>Iussit, flamma balneari<br>Crudeli sententia;                                          | 6 b. Sed vi tridui caloris<br>Nec terroris nec sudoris<br>Laxantur vestigia.                                          |
| 7 a. Tandem martyr inconcussa<br>Ferro collo ter percussa,<br>Nec mox vita functa tamen<br>Christo sacrum fit libamen. | 7 b. Per tres dies orans vixit<br>Et concessam esse dixit<br>Pacem sanctis ac adivit<br>Sponsum, semper quem sitivit. |
| 8 a. Eia, virgo, sponsa Dei,<br>Nos astare facie<br>Sponsi fac in gloria.                                              | 8 b. Eia, martyr, victrix mortis,<br>Nos consortes tuae sortis<br>Fac in caeli patria.                                |

Grad. ms. Arnoldi saec. 13. in. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. add. saec. 14. A. — Grad. ms. Aquisgranense anni 1330. Cod. Capit. Aquisgranen. XV. B. — Grad. ms. Aquisgranense saec. 13. Cod. Arenbergen. Bruxellen. 9. C. — Miss. ms. Aquisgranense saec. 15. Cod. Bruxellen. 162. D. — Grad. ms. S. Geronis Colonensis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VI 5. E. — Grad. ms. Boscoducense saec. 15. Cod. Arch. S. Iohannis Boscoducen. s. n. F. — Miss. ms. Mosaetraiectense saec. 15. Cod. Hagen. J 10. G. — 4b, 1 transmisit FG. — 6b, 1 Nec vi F. — 6b, 2 torroris F. — 7a, 4 sacram fert FG. — 7b, 3 et adivit FG. — 7b, 4 quaequivit FG.

159. De sancta Caecilia.

- 1 a. Iubilemus exsultantes,  
Passionem memorantes  
Beatae Caeciliae;
- 2 a. Valerio sponsa datur,  
Sed fidelis aspernatur  
Gentilis conubia,
- 3 a. Soli Deo decantabat,  
Cui servandum commendabat  
Pudorem virgineum.
- 4 a. Haec gentilem et profanum  
Cum fratre Valerianum  
Convertens edocuit.
- 5 a. Ab Urbano baptizatur  
Et a sene roboratur  
Cum fratre Tiburtio.
- 6 a. Cumque non exureretur,  
Decollari mox iubetur  
Et sic petit supera.
- 1 b. Quae nobilis et Romana  
Ex gentili christiana  
Fit, subiecta latriae.
- 2 b. Dum vox sonat tibiarum,  
Cilicum lacrimarum  
Clam rigabat pluvia.
- 3 b. Nec a mente discedebat  
Christi sanctumque gerebat  
Semper evangelium.
- 4 b. Cuius intercessione  
Angelica visione  
Confortari meruit.
- 5 b. Sic uterque decollatur,  
Et Caeciliae paratur  
Balneorum ustio.
- 6 b. Illis ergo conformemur,  
Ut post ipsos sublevemur  
Tandem supra sidera.

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n.

160. De sancto Carauno.

- 1 a. Christo laudes exsolvamus,  
Dono cuius celebramus  
Carauni sollemnia.
- 2 a. Quod vox oris sonat foris,  
Hoc affectus per effectus  
Adprobet concordiam.
- 3 a. Tuum lauda, plebs, patronum  
Per patroni praesens donum  
Spem habens ad reliqua.  
Ne desperes, cum sis peccabilis,  
Est hostia prope placabilis,  
Hostia pacifica.
- 4 a. Cesset Doeg Idumaeus,  
Super astra suum Deus  
Athletam remunerat.
- 5 a. Per ascensum martyr purpureum  
Salomonis concendit aureum  
Ad reclinatorium,
- 1 b. Eius diem veneremur,  
Nos beata qui fovemur  
Ipsi praesentia.
- 2 b. Cum in terris sic laudatur,  
Hanc in caelis delectatur  
Audire melodiam.
- 3 b. Qui pro nobis deprecatur,  
Hic quiescit et laetatur  
In caeli palatio.  
Psallant omnes et dicant hodie,  
Dicant: Ave, martyr egregie,  
Nostra consolatio.
- 4 b. Ibi gustat in aeternum  
Quod optarat, quod internum  
Mens eius sitiverat.
- 5 b. Ubi carnis solutis nexibus  
Verisponsiunctus amplexibus  
Verum habet gaudium.

- 7 a. Senatorum  
stirpe progenitus,  
Literarum  
studiis traditus  
Ad supernum  
dictamen spiritus  
Evidenter floruit.
- 7 b. Germinavit  
prius ut lilium  
Mundum spernens  
et matrimonium,  
Pro fratribus  
nactus martyrium  
Factus rosa rubuit.
- 8 a. Caecus videt et mutus loquitur,  
Invocato daemon eicitur  
Trinitatis nomine.
- 8 b. Imbecillis sana regreditur,  
Et collisus auriga redditur  
Sanitati pristinae.
- 9 a. Inimicus nil proficit,  
Mortis potestas deficit,  
Vita post mortem sufficit,  
Vivit corpus exanime.
- 9 b. Caput deportat proprium  
Collaudans Dei filium,  
Post mortem testimonium  
Reddit salutis animae.
- 10 a. Laetare, Sion filia,  
Lauda Dei magnalia,  
Cuius novit potentia  
Sic mortis iura frangere.
- 10 b. Caedit hostis et vincitur,  
Vincit martyr et caeditur,  
Decollatur nec moritur,  
Vivit hic et in aethere.
- 11 a. Ave, consors angelorum,  
Martyr, decus aliorum,  
Ave, par apostolis.
- 11 b. Fac nos mundos a peccatis  
Coheredes civitatis  
Supernae, quam recolis.
- 12 a. Tu, qui morti succumbere  
Voluisti pro fratribus,  
Digneris intercedere  
Pro tibi famulantibus,
- 12 b. Ut in futuro saeculo  
Possidentes duplia  
Sponsi fruamur osculo,  
Vera Dei praesentia.

Trop. ms. S. Carauni Carnotensis saec. 12/13. Cod. Angelic. 435 (D V 3).  
Mit Melodie. — 5 a, 1 Casset dohee.

### 161. De sancta Clara.

- 1 a. Clara lux apparuit  
Mundo, quando claruit  
Clarae virtus operum;
- 1 b. Quam Franciscus docuit,  
Clare vitam tenuit  
Dominarum pauperum.
- 2 a. Huius clari sideris  
Clarescendi posteris  
Clarum fit initium,
- 2 b. Vox de caelo nuntia,  
Praestat hoc pro filia  
Matri natalitium.
- 3 a. Dum petens genimina  
Per sanctorum limina  
Defleret exitium,
- 3 b. Clare vox tunc sonuit,  
Parens natae posuit  
Nomen ob indicium.
- 4 a. Orta claro sanguine  
Purpuris sub tegmine  
Clara fert cilicium;  
Blume, Sequentiae Ineditae. V.
- 4 b. Longas per vigilias  
Orans fugit filias  
Hominum et vitium.

5 a. Tempus in miraculis  
Non capescit operis  
Et vitae profluvium.

5 b. Clara, clara meritis,  
Clari dari miseris  
Ora regni gaudium.

Prosar, ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1339 A. — Cantuar.  
ms. S. Clarae Crumloviensis saec. 15. ex. Cod. Pragen. XII A 17. B. —  
Miss. ms. Franciscanum Amstelodamense anni 1531. Cod. Weerten. Fa  
7. C. — 1a, 2 quam declaruit B. — 2a. 1 Cuius B. — 2b, 2 Praestet AB;  
Promisit hac pro B. — 4a, 2 Sub honesto tegmine B. — Melodie: Veni  
sancte spiritus.

162. De sancta Clara.

1 a. Gaude, caeli hierarchia,  
Plaude, felix ecclesia,  
Novo fulta lumine;

1 b. Cui decantet melodia  
Chori, cordis harmonia,  
Clarae claro germe.

2 a. Haec est rosa venustatis,  
Fune cincta castitatis,  
Nova plantans lilia.

2 b. Iesum mater dum precatur,  
Nascitura praemonstratur  
Lumen orbis filia.

3 a. Gaudent astra matutina,  
Quod in hora vespertina  
Ortu novi sideris

3 b. Caeli sidus illustratur,  
In quo terrae designatur  
Ortus novi foederis.

4 a. Vere sidus tu paeclarum,  
Quod a sole differt parum  
Et luna lucidius.

4 b. Tu quod sole sis amicta,  
Carne probat hic relicta  
Lucis tuae radius.

5 a. Crucis signo morbus cedit,  
Turba Clarae panem edit  
Christi sui munere.

5 b. Effluens Clarae claritas  
Puellas sibi creditas  
Docet Christo vivere.

6 a. In paupertatis horreo  
Turba dum caret oleo,  
Vas plenum caelo datur.

6 b. Orbem exornat flosculis,  
Lucerna manens saeculis  
In caelo collocatur.

7 a. Illic paeclare rutilat,  
Sponsum complexa iubilat  
Cum virgine Maria.

7 b. O quam clare pestes planat,  
Languidorum clades sanat  
Tumuli fragrantia.

8 a. Ergo laudes Clarae demus,  
Claram clare personemus  
Novo docti gaudio.

8 b. Et nos, mater pietatis,  
Cum Maria salvans gratis  
Iunge Dei filio.

Sequent ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo.  
3. A. — Miss. ms. Franciscanum saec. 15. Clm. Monacen. 23277. B. — Miss.  
ms. Attilense anni 1450. Clm. Monacen. 3311. C. — Oration. ms. SS.  
Udalrici et Afrae anni 1469. Clm. Monacen. 3702. D. — 1b, 1 Qui C;  
decantat A. — 1b, 3 Clara A. — 2a, 2 Fune iuncta BCD. — 2b, 1 Iesu  
ABCD; prostratur BCD. — Str. 3 u. 4 fehlen BCD. — 3b, 3 Ortus A. —  
5a, 1 Signo crucis BCD. — 5a, 2 Turbae BC. — 5b, 1 Affluens BD. —  
6b, 1 Urbem A. — 7b, 1 clare praestes A. — 7b, 2 claudes sanat A. —  
Str. 8 lauet in A:

8 a Eia, mater, nos agnosce,  
Libro vitae nos deposce  
Cum electis inseri,

8 b. Ut consortes tuae sortis  
Et a poenis et a portis  
Eruamur inferi.

Ist eine Entlehnung. — Melodie: Gaude Sion quod egressus.

163. De sancta Clara.

- |                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Clara, Dei famula,<br>Tenera infantula,<br>Cilicci baiula,<br>Vivens sine macula,<br>Sanctitate primula,<br>Multarum praeambula,<br>Prole replens saecula.                 | 1 b. Tu forma humilium,<br>Castitatis lilyum,<br>Paupertatis titulum,<br>Sanctitatis speculum,<br>Novum es prodigium,<br>Mariae vestigium,<br>Eius sequens filium               |
| 2 a. Christus tecum loquitur,<br>Praesaepe ostenditur,<br>Mens extasi rapitur,<br>Maria aggreditur,<br>Pie te amplectitur,<br>A te caelum scanditur,<br>Signis virtus panditur. | 2 b. Imperas daemoniis,<br>Lupis raptos eripis,<br>Caecis, claudis, languidis,<br>Gravatis a glandulis<br>Sanitatem tribuis,<br>Vitam praestas mortuis,<br>Te petenti subvenis. |
| 3 a. Ergo nunc nequitiam<br>Pelle ac tristitiam,<br>Maestis da laetitiam,<br>Foedatis munditiam.                                                                                | 3 b. Omnes, qui te invocant,<br>Precata accipient,<br>Vitam bene finiant,<br>Ad Christum perveniant.                                                                            |

Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carlsruhan. Geo. 3. —  
3 b, 2 Peccata. — Melodie: Mundi renovatio; mit Kürzung der 3. Strophe.

164. De sancta Clara.

- |                                                                                                                |                                                                                                 |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Qui fecit ad imaginem<br>Franciscum redemptoris,<br>Non solum liquit hominem<br>In paradisi choris.       | 1 b. Formavit Claram virginem<br>Ex latere Minoris,<br>Virtutibus imaginem<br>Angelici vigoris. |
| 2 a. Haec sprevit pure saeculum<br>In disciplinae loris,<br>Dum fugit ad ergastulum<br>Spretis delicti thoris. | 2 b. Assiduis corpusculum<br>Officiis laboris<br>Vexavit et pectuseculum<br>Suspiciois amoris.  |
| 3 a. Clara, carne sterilis,<br>Spiritu fecunda,<br>Clara, quondam flebilis,<br>Caelo iam iucunda,              | 3 b. Quos hic caro fragilis<br>Turbat [et] immunda,<br>Tuis datos iubilis<br>Precibus emunda.   |

Miss. Romanum imp. Parisiis 1517. A. — Miss. Romanum imp. Parisiis  
1523 B. — 1b, 3 Virtutibus virginem AB.

165. De sancto Clemente.

1. Gaudet hodie  
proles Deo devota.
- 2 a. Adest namque  
dies alma et magno  
gaudio plena,
- 2 b. Quam celebrem  
festa sancti Clementis  
revolvunt nobis.

- |                                                                                                                  |                                                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Hodie<br>caelestis laetatur turba,<br>qua Gloria cantant<br>in excelsis<br>voce dulcisona<br>cum symphonia. | 3 b. Hodie<br>polorum sancta agmina<br>collaudant regem<br>regum nostrum,<br>natum ex virgine<br>sancta Maria. |
| 4 a. Ave, inclite<br>martyr Christi, Clemens,<br>flos pulcherrime.                                               | 4 b. Tu vestigia<br>Christi secutus es<br>fide devota.                                                         |
| 5 a. Aeterni regis<br>adeptus es regna;<br>Iam gratularis<br>in domo superna<br>possidens sedes almas.           | 5 b. Te depositimus<br>et petimus una:<br>Adiuva tua<br>sancta suffragia<br>consona voce nostra.               |
| 6 a. O beate,<br>o sancte Clemens,<br>salva catervam hanc<br>fidelem.                                            | 6 b. O beate,<br>o sancte Clemens,<br>laus tibi, gloria<br>sit semper.                                         |
| 7 a. Nos una<br>mereamur sancta<br>polorum alta<br>~~~~~                                                         | 7 b. ~~~~~<br>Possidere laeta,<br>certantes alma<br>gaudia, quae sunt plena.                                   |
| 8 a. Sit Deo<br>laus, honor et<br>iubilatio casta,                                                               | 8 b. Qui regnat<br>per omnia<br>saeculorum saecula.                                                            |

9. Amen dicant omnia.

Grad. ms. Vercellense saec. 11. Cod. Capit. Vercellen. CLXI. — Die Melodie ist in Neumen verzeichnet; sie ist offenbar nach dem gleichen Schema, wie *Haec dies est sancta* (Anal. VII, Nr. 16) mit geringen Differenzen. Hier wie dort haben die drei ersten Silben von Str. 7a und die Schluss-Silben von 7b kein musikalisches Gegenstück. — Zu 5b, 3 sqq.: „nostra“ gehört als acc. zu „suffragia“, „tua sancta consona“ sind Attribute von „voce“. — 7b, 3 certantes = ersteiten.

### 166. De ss. Clemente et Ildefonso.

- |                                                                                |                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Omnis homo piae mentis<br>Laudes beati Clementis<br>Psallat cum laetitia. | 1 b. Hic vir sanctus Deo gratus<br>Est post Petrum sublimatus<br>Pastor in ecclesia. |
| 2 a. Fecit, ut petra manaret<br>Aquas, ut et abundaret<br>Aperire maria.       | 2 b. Hodie sunt magni regis,<br>Custodis gentis et legis,<br>Alphonsi natalia.       |

- 3 a. Hac in die laetabunda  
Multa fecit et iucunda  
Placens mirabilia.
- 4 a. Quibus fides exaltatur,  
Et Maurorum lex vastatur,  
Gaudeat Hispania.
5. Auge dies nostro regi,  
Auge metas sanctae legi,  
Auge nobis gaudia.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. C. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin. 12. D. — Miss. His-  
palense imp. Hispali 1507. E. — 1a, 3 Psallet ABCD. — 3a, 1 Hic A. —  
4a, 1 exultatur BCDE. — Str. 5 fehlt BCDE.

### 167. De sancto Clemente Metensi.

- 1 a. Regi summo exultando  
dicamus Alleluia,
- 2 a. In hac die omnis nostra  
gaudeat ecclesia
- 3 a. Hic insignis et praeclarus  
in Christi familia
- 4 a. Felix confessor,  
cui dedit princeps Petrus  
haec sacra officia,
- 5 a. Pontifex doctus, humilis,  
immunis malitia,  
Plenus Deo effugavit  
draconis imperia.
- 6 a. Unde nostra cohors laeta,  
poli petens celsa,  
divinitus accensa  
psallat dulci symphoniam.
- 7 a. Pastor digne,  
Tu benigne,  
Ut non volvamur in igne,  
Orans pelle vitia.
- 8 a. Sic vivamus Christo pie,  
Gratulando omni die,  
In eius praesentia,
- 9 a. In regno istius dulcis  
semper est pax socia,
- 1 b. Qui beatum collocavit  
Clementem in gloria.
- 2 b. Recolendo gratulanter  
praesulis sollemnia.
- 3 b. Praesulatum rexit iuste  
vitae monens gaudia.
- 4 b. Quod illustraret  
Metensium plebem fide  
docens spiritualia.
- 5 b. Aedificavit firmiter  
sapiens altaria  
Atque plebem reparavit  
in baptismi gratia.
- 6 b. Melos chorus sonet ita  
celebrando festa,  
humiliter plangendo  
lapsa, tremens dicat: Eia,
- 7 b. Nostra te mens  
Clamat gemens:  
Posce nobis, praesul Clemens,  
Divina praesidia.
- 8 b. Qua laetantur caeli cives,  
Quos regit in se rex dives  
Caritate nimia.
- 9 b. Honor, laus atque potestas  
cunctaque fulgentia.

10 a. Illic et rosarum flores  
Astant cunctique odores,  
Qui fragrant clementia.

11 a. Ibi ergo collocati  
Sempiternae maiestati  
Demus pia,

10 b. In his rex regum quiescit,  
Qui maculam ullam nescit,  
Pascens inter lilia.

11 b. In aeternum exsultantes,  
Sanctifluum iubilantes  
Alleluia.

Miss. ms. S. Arnulphi Metensis anni 1321. Cod. Meten. 133. — 6 a, 4 dulce. — 7 b, 1 Ad te mens nostra. — 8 b, 3 Claritate. — 9 a, 1 dulces. — 10 a, 3 flagrant. — 11 b, 2 Iubilando sanctifluum. — Melodie: Congaudentes exsultemus.

### 168. De sancto Columbano.

1. Ad extrema, ecce, mundi  
mirabili  
candore Titani  
radiavit insula,

2 a. Tribuens lucifluas  
comas luminis  
eximii,

2 b. Scilicet occiduo  
ponti margine  
cum properat

3 a. Columba,  
sacer nuntius,  
ortus Hibernia,

3 b. Barbara  
corda instruit  
petens Britanniam

4 a. Ac demum Sicambros  
sacro gladio  
coercuit,

4 b. Dum sanat aegros  
una mortuos  
vivificans.

5 a. Daemonum  
furorem taetrum  
proicit ab homine,

5 b. Lustrando  
lumen caeci,  
parere dat sterilem.

6 a. Dehinc Italiam  
pressus ingreditur

6 b. Regum iniuriis,  
construit Bobbium

### 7. Trinitatis gloria.

Grad. ms. Bobbiense saec. 12. Cod. Taurinen. F IV 18. — 4b, 1 lies aegrotos? — 5 b, 2 lies lumina?

### 169. De sancto Daniele Patavino.

1 a. Confitentes recitemus  
Laudes Dei, quod debemus,  
Ut testatur Raphael;

1 b. Qui Tobiae reparavit  
Visum, in quo praenotavit  
Hoc, quod sanctus Daniel

2 a. Reparavit visum Tusco,  
Cui nocte sed corusco  
Vultu venit obvius

2 b. Spem promittens oculorum,  
Quam medela medicorum  
Denegavit penitus,

- 3 a. Si sepulcri visitaret  
Locum; quem cum ignoraret,  
Haesitavit, huc an huc
- 4 a. Danielem hic invenit.  
In Patavum cum pervenit,  
Tamen primo tumulum
- 5 a. Venit, visa recitavit  
Et antistes convocavit  
Clerum atque populum.
- 6 a. Quem, quo ferant, dum certabant  
Et certantes disputabant,  
Abstulit oblivio
- 7 a. Hoc auditio sunt commoti  
Omnes et se freno voti  
Stringunt, ut huic martyri
- 8 a. Ad precatus Danielis  
Nos conserves, qui de caelis  
Virginis in gremium
- 3 b. Ire posset, sed monstratur,  
Ubi quaerat, nec frustratur,  
Et ut alter Abacuc
- 4 b. Ignoravit, sed monstratur,  
Quo monstrato mox sanatur;  
Sanus ad episcopum
- 5 b. Qui cum testem Christi quaerunt,  
Hunc recenti reppererunt  
Sanguine purpureum.
- 6 b. Mores brumae naturales,  
Sed supponit aestivales  
Nubium concussio.
- 7 b. Templum struant; sic cessavit,  
Quem ventorum vis conflavit,  
Impetus tonitru.
- 8 b. Miro passu descendisti,  
Propter culpam, quam lavisti,  
Dans aeternum praemium.

Grad. ms. S. Petri Patavini saec. 15. in. Cod. Capit. Patavini A 20\*.  
A. — Grad. ms. Patavinum saec. 14/15. Cod. Capit. Patav. B 20\* B. —  
2 a, 1 visum cusco B. — 3a, 2 Lacum B. — 4a, 3 Tamen fehlt B.

### 170. De sancto Deodato.

1. Adest dies celebranda,  
Dies digne praedicanda  
Celebri laetitia.
- 2 a. Hac in luce  
Christo duce  
Deodatus  
Laureatus  
Triumphat in gloria.
- 2 b. Iam post luctum  
Metit fructum,  
Christum videt,  
Cuncta ridet  
Dudum adversantia.
- 3 a. Servus prudens operatus  
De talento et lucratus  
Reportat duplicita.
- 3 b. O quam felix haec usura  
Subditorum [allatura]  
De profectu gaudia!
- 4 a. Clarus quidem  
parentum titulis  
Plus effulsit  
cunctorum oculis  
Morum elegantia;
- 4 b. Sacri dignus  
arce regiminis  
Deodatus  
sigillo nominis  
Et operum gratia.

- 5 a. *Fructus sede pastorali*  
Vigil stetit spiritali  
Gregis in custodia.
- 6 a. *Sed ut soli Christo vacet,*  
*Spreta lippa Rachel placet*  
*Noctis atrae nescia;*
- 7 a. *Hostis adest invidus,*  
*Virum vexat callidus*  
*Multa per exsilia.*
- 8 a. *Longo latens in recessu*  
*Omni fugit ab accessu*  
*Plebis et frequentia.*
- 9 a. *Fame longa maceratus*  
*Est caelitus revelatus*  
*Humo inter somnia,*
- 10 a. *Nam eremus innotescit,*  
*Signis praesul inclarescit,*  
*Fama cuius increbrescit*  
*Mundi per confinia.*
- 11 a. *Quam natura depravavit*  
*Et brevitas deprobavit*  
*Trabem, sanctus adaptavit*  
*Domus in fastigia.*
12. *O caelestis architecte,*  
*Quam meremur, iram flecte,*  
*Culpa gravi nos abiecos*  
*Fer in aulam caeli rectos*  
*Pia per suffragia.*
- 5 b. *Nunc cum Rachel, nunc cum*  
*Lia,*  
*Ibi Martha, hic Maria*  
*Diversa per studia.*
- 6 b. *Illam fugit, huic haeret,*  
*Viduata sedes maeret*  
*Fuga patris anxia.*
- 7 b. *Commutatis sedibus*  
*Gallilaeae vallisibus*  
*Quies datur placida.*
- 8 b. *Dape pastus ultro nata,*  
*Iunctus feris miscet grata*  
*Cum Deo colloquia.*
- 9 b. *Et qui baiuli ciborum*  
*Et ductores sunt virorum*  
*Ad sancti tuguria.*
- 10 b. *Vas pro vino muscam dedit,*  
*Ea morsu virum laedit,*  
*Vir compunctus fundam reddit*  
*Impetrata venia.*
- 11 b. *Hic est prudens architectus,*  
*Culpa iacet qui abiectus,*  
*Sublevatur per hunc rectus*  
*Aula in aetherea.*

Miss. Tullense imp. Tullii 1551. — 9a, 3 Am Rande ist vermerkt:  
„Alias Huno.“

### 171. De sancto Dionysio.

- 1 a. *Ex caelesti hierarchia*  
*Virtus fulget ac sophia*  
*Divi Dionysii,*
- 2 a. *Mundus, inquit, aut peribit,*  
*Vel poenalis sors collidit*  
*Deum, qui obtenebrat.*
- 3 a. *Alpha, solvens dubia,*  
*Errorum conubia,*  
*Sensus pandens graves,*
- 1 b. *Qui, cum mundi pro salute*  
*Cruce pendet auctor vitae,*  
*Scius fit mysterii.*
- 2 b. *Sed hunc scholis perorantem*  
*Paulus format ignorantem,*  
*Dum caecum illuminat.*
- 3 b. *Hunc mira clementia*  
*Replesti scientia*  
*Tactus per suaves.*

- 4 a. Sic firmato firmas omnes,  
Ut ad Francos fidem fundes  
Praesulis officio.
- 5 a. Sed non suffert leo fremens  
Sanctum hunc et suos tenens  
Perfidorum rabie;
- 6 a. Felix, per quem feritas  
Sternitur et falsitas  
Vultu dissipatur.
- 7 a. Sed erroris falso victi  
Sunt atroces iam praedicti,  
Quaerentes supplicia.
- 8 a. O quam probat feris mitem!  
Poenis purgant Christi vitem,  
Late quod fructificet.
- 9 a. Laudes ergo doctissimo  
Et martyri fortissimo  
Dic, gens conversa,
- 10 a. Sed tu, praesul, doctor pie,  
Semper ora, ierarchiae  
Ut iungamur superum.
- 4 b. O quam forti caritate  
Mores struit et damnatae  
Subvenit Parisio!
- 5 b. Quos iam fortior Samsone  
Per te vincit, Iesu bone,  
Victor fit tam varie.
- 6 b. Morum nam iucunditas,  
Fides ac serenitas  
Cunctis commendatur.
- 7 b. Crate, foco clibanorum  
Foro sanctis parant thorum,  
Et sunt haec initia.
- 8 b. Cibum Christus sese donat,  
Ut sic caput lictor ponat,  
Quod extinctum deferet.
- 9 b. Cuius dogma divinitus  
Ast theorema dignius  
Lucent emersa.
- 10 b. Apud thronum regis summi  
Te iuvante simus mundi  
Hic et in perpetuum.

Grad. ms. Crucigerorum Coloniensium saec. 15. Cod. Semin. Colonien.  
 10. A. — Grad. ms. Crucigerorum Coloniensium saec. 15. Cod. Semin. Colonieu. 11. B. — Grad. ms. Crucigerorum Coloniensium saec. 15. Cod. Semin. Colonien. 14. C. — Grad. ms. Crucigerorum Coloniensium saec. 15. ex. Cod. Semin. Colonien. 13. D. — 3a, 3 Accensus AB. — 4a, 2 fundes statt fundas erscheint durch den Reim und die Tradition der Hss. geschützt. Der Reim von fundes mit omnes weist überdies nach Frankreich als der wahrscheinlichen Ursprungsstätte dieser Sequenz. — Melodie: In caelesti hierarchia.

### 172. De sancto Dionysio.

- 1 a. Animemur ad agonem  
Celebrantes passionem  
Magni Dionysii;
- 2 a. Nam Athenis educatus  
Vir in fide reformatus  
Est Paulo praedicante.
- 3 a. Qui tres sacros principatus  
Angelorum est rimatus  
Novem ponens agmina,
- 4 a. Sacra [scripta] hic compegit,  
Ministrorum hic collegit  
Ordines ecclesiae,
- 1 b. Qui de mundo laetabundus  
Caelos scandit coronandus  
Cum palma martyrii.
- 2 b. Hic est doctor ille clarus  
Et prophetis praeclarus  
Christo Iesu donante.
- 3 b. Et ad ima non deflexus  
Miro modo est complexus  
Sacra Dei nomina.
- 4 b. Conscripterit quod apice,  
Cum nobis dedit mysticae  
Sensus theologiae.

- 5 a. Praesul ergo consecratus  
Athenensi est datus  
In pastorem populo,  
6 a. Inde Roman sic profectus  
Est a Clemente directus  
Ad Gallorum patriam.  
7 a. Ubi structo Christo templo  
Verbo docet et exemplo,  
Coruscat miraculis.  
8 a. His auditis fit insanus  
Saevus rex Domitianus  
Mittitque Fescennium,  
9 a. Prodit martyr conflicturus,  
Ferit lictor, sicque purus  
Consummatur gladio.  
10 a. Tu ergo, martyr inclite,  
Animae sordes oblita  
Terge tuis precibus.
- 5 b. Quem scientia supina  
Mox convertit ad divina  
Relicto diabolo.  
6 b. Venit ergo Parisius,  
Quam possedebat subdolus  
Hostis velut propriam.  
7 b. Turba credit, error cedit,  
Fides crescit et clarescit  
Tanti nomen praesulis.  
8 b. Qui pastorem animarum,  
Vita, fide, signis clarum,  
Trahat ad supplicium.  
9 b. Se cadaver mox erexit,  
Truncus truncum caput vexit  
Caelesti tripudio.  
10 b. Quem hic doctorem sensimus,  
Te defensorem petimus  
Stantem cum caelestibus.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523. — 10 a. 2 sordis. — Melodie wahrscheinlich: In caelesti hierarchia.

173. De ss. Quattuor Doctoribus.

- 1 a. Rex delatus in quadriga,  
Rector, currus et auriga  
Fert, quo fertur fereculum;  
2 a. Nunquam labens,  
Equos habens  
Fortes, pulchros, pariles;  
Orbem girant  
Nec delirant,  
Sed girantes orbi spirant  
Hinnitus terribiles  
3 a. Augustinus  
Aquilinus  
Trans gradus angelicos  
Solem cernit  
Et prosternit  
Errantes haereticos;  
4 a. Dux gregis egregius,  
Lux legis Gregorius  
Fit regis vicarius  
Et princeps pastorum;
- 1 b. Rotae sunt allegorica,  
Textus mos anagogica,  
Scriptura vehiculum  
2 b. Hi doctores,  
Qui ductores  
Currus infallibilis,  
Regem gerunt,  
Summa quaerunt  
Et errores rupes terunt  
Per passus difficiles.  
3 b. Praesul factus  
Rursum actus  
Per actus exstaticos  
Sub figuris  
Dat scripturis  
Sensus anagogieos.  
4 b. Morum dogma seminat,  
Cleri cantus ordinat,  
Cuius nos illuminat  
Venustas verborum.

- 5 a. Dum sacros apices  
Legit Hieronymus,  
Hebraeos codices  
Translatos novimus,  
Stat inter frutices,  
Fit doctor maximus;
- 6 a. Leo monstrat  
apum examine  
Favo plenus  
fide perspicua,
- 7 a. Te, dum pastor  
fore reniteris,  
Vox infantis  
prodit in publico:
- 8 a. Primi lucens  
albescit veritas,  
In secundo  
rubescit caritas,
- 9 a. Agnus passus  
bos equos astruit  
His bis binis  
tinctos coloribus.
- 5 b. Dum se ieuniis  
Prorsus attenuat,  
Corpus incendiis  
Solis exaestuat,  
Mentem molestiis  
Carnis evacuat.
- 6 b. O Ambrosi,  
de Christi nomine  
Distillantem  
verba melliflua.
- 7 b. Templo Dei  
pastor praeficeris,  
Gregem pascis  
sermone mystico.
- 8 b. Sequens niger  
cuius austerioris,  
Pallet quarti  
simplex humilitas.
- 9 b. Qui sigilla  
septem aperuit,  
Nos adiungat  
turbis caelestibus.

Sequent. ms. Sedunense saec. <sup>13/14</sup>. Cod. Capit. Sedunen. s. n. (1) add.  
saec. <sup>14/15</sup>. A. — Miss. Lausannense imp. Gebennae 1505. B. — Miss. Lausannense imp. Lugduni 1522. C. — 1 b, 2 mox C. — 3 a, 4 sternit BC. — 5 b, 6 evacuet C.

#### 174. De ss. Quattuor Doctoribus.

- 1 a. Iesus Christus collaudetur  
Et semper sanctificetur,  
Qui creavit omnia,
- 2 a. Unus de numero quorum  
Pastor fuit populorum,  
Nomine Gregorius,
- 3 a. De profundis tenebrarum  
Lumen venit portans clarum,  
Augustinus nomine,
- 4 a. Qui doctor fuit praeclarus  
Atque praesul non avarus  
In suis dogmatibus,
- 5 a. Cardinalis hic doctorum,  
Sanctus doctor divinorum  
Advenit Ieronymus;
- 1 b. Philosophos et doctores,  
Veritatis inventores  
Plenos sapientia.
- 2 b. Humilis in omni morum  
Honestate divinorum  
Doctor et egregius.
- 3 b. Cui Ambrosius praedicavit  
Et in fide confirmavit  
Trinitatis culmine.
- 4 b. Quibus mundum illustravit  
Haeresim et consumavit  
In locis compluribus.
- 5 b. Testamentum illustravit  
Vetus novum et firmavit  
Ut Christi yconimus.

- 6 a. Omnes vos, sancti doctores,  
Iesu Christi servitores,  
Illi preces fundite,
- 6 b. Ut nos in hac vita puros  
Reddat atque transituros  
Ponat suo tramite.

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n. — 5 b, 3 Sicut. —  
Zu yconomus (= oeconomus), das hier der Reim schützt, vgl. Du Cange s. v.  
yconomus.

175. De sancta Domitilla.

1. Gaudet columba simplicis  
Prudentiae, vestita purpuris.
- 2 a. Tu es virgo gloria,      2 b. Te convertit Achilleus,  
Domitilla speciosa,  
Paradisi fulgens viola.
- 2 b. Te confortat et Nereus,  
Ut contemnas sponsum mortalem.
- 3 a. Dum tu purpuris te vestis      3 b. Quanto studio ornaris,  
Ornatis gemmis, auro textis,  
A sanctis Dei praedicaris:
- 3 b. In his vanis delectaris,  
Ut placeas proli consulis!
- 4 a. Animam si tu ornares      4 b. „Utinam“, tu respondisti,  
Et sponsum mundi refutares,  
Possideres Dei filium.
- 4 b. „Doctrina, quam docuisti,  
Olim ad memet pervenisset“!
- 5 a. Te velavit Clemens sanctus,      5 b. Stella fulgens, Domitilla,  
Benedixit pastor tantus  
Ad tuum pergens palatum,
- 5 b. Rosa vernans et scintilla  
In caelesti arundineto.
- 6 a. Romam exis, Domitilla,  
Ut servilis et ancilla  
Propter virginalem gloriam;
- 6 b. Exsulans peregrinaris,  
In insula sancta moraris  
Pontiana dilecta maris.
- 7 a. Caecis reddit lumen verum,  
Cruce mutis verbum merum,  
Terracina evangelizaris.
- 7 b. Virgines tu convertisti,  
Sponsas sanctas velavisti  
Et es lucrata sponsas Christo.
- 8 a. Multitudo paganorum  
Sumit legem christianorum,  
Qui per te a Roma venerant.
- 8 b. Persecutor induratur,  
Saltans sponsus strangulatur  
Et subito cadens moritur.
- 9 a. Cum virginibus sacratis  
In cubiculo firmatis  
Per ignem transis ad gaudia.
- 9 b. O beata virgo Dei,  
Hodie sis memor mei,  
Ut et tecum Iesu gaudeam.

Miss. ms. Vallisumbrosanum anni 1471. Cod. Laurent. Conv. sup. 232.

176. De sancto Donato Aretino Ep.

1. Laudes Deo dignas  
concinat omnis aetas
- 2 a. Magni praesulis celebrans  
Donati diem sollemnam cum  
gloria,
- 2 b. In qua ad alta sidera  
collocandam reddidit Deo  
animam.

- 3 a. Hodie in astris  
gaudent cuncta angelorum  
atque resultant agmina.
- 4 a. Cuius virtus  
fulsit praeclara,  
dum visum recepit  
Syranna caeca;
- 5 a. Gaudet Aretina patria  
eius [miro]  
obtentu lustrata,
- 6 a. O valde  
calicis laudanda  
ac beata ruina!
- 7 a. In vitrea fractura  
mutata est natura,  
et in Donato virtus  
ostensa est praeclara.
- 8 a. Quem adhuc plebs tota  
habet ad magna  
miracula;
- 9 a. Theodosii magni  
filiam  
daemonio liberans  
patri reddidit sanam;
- 10 a. Cuius clara miracula  
perlustrant cunctas  
patrias.
- 3 b. Gaudeat quapropter  
plebs devota, digna semper  
illius poscens merita.
- 4 b. Mox ut sacra  
tincta est unda,  
illuminata est  
Christi gratia.
- 5 b. Quia calix fractus ruerat,  
quem levita  
sacer obtulerat.
- 6 b. Donati  
per quam laus praeclara  
resonat in saecula.
- 7 b. Calicis nam fragmenta  
[diversa iam] collecta  
oratione facta  
in unum sunt reiuncta.
- 8 b. Draconis venena  
extinxit ipse  
pestifera.
- 9 b. Per quam non modica  
praedia  
dona atque maxima  
possidet ecclesia.
- 10 b. Eius sancta nos gratia  
Deo commendet  
semper assidua.
11. Laus et gloria  
Christo per saecula.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 128 (B III 18). — 7 a, 4 ostensa sunt. — 9 a, 1 l. Theodosi? — 9 a, 4 reddit. — 9 b, 4 eius possidet. — Das Schema gleicht sehr jenem von „Virgo Israel“ (Anal. VII Nr. 102).

### 177. De sancto Donato Aretino Ep.

- 1 a. Psallat laeta contio  
Recolens cum gaudio  
Votiva sollemnia,
- 2 a. Puer Romae studuit  
Studioque floruit  
Docente Pigmenio;
- 1 b. Quod Donatus hodie  
De lacu miseriae  
Transit ad caelestia.
- 2 b. Fugit in Aretiam  
Perdi timens etiam  
Iuliani gladio.

- 3 a. Qua Primani filium  
Liberat Austeriam  
A daemonis nexibus;
- 4 a. A Syranna caecitatem  
Fugat et integritatem  
Reddit orbae luminis.
- 5 a. Hinc Satyrus annis satur  
Obit, eo viduatur  
Civitas Aretia;
- 6 a. Pastor pius, pastor bonus,  
Pastorale ornans onus  
Vita, verbo, spiritu,
- 7 a. Calix fractus reparatur,  
Et defunctus suscitatur  
Testis census redditii;
- 8 a. Cogit hunc Quadratianus,  
Ut dis surdis ceu profanus  
Ferat sacrificia;
- 9 a. Tandem capite truncatur  
Et aeterna coronatur  
Vita, quam cupierat,
- 10 a. Ave, pater gloriose,  
Casti candor lilii,  
Ave, mixtus odor rosae,  
Robore martyrii;
- 3 b. Clamat daemon exiens:  
Cur incendor totiens,  
Sancte, tuis precibus?
- 4 b. Euphrosyna fiscum prodit  
Viro suo, quem subfodit  
Sub ingressu liminis.
- 5 b. Ergo trahitur Donatus  
Ad hoc culmen praesulatus  
Omnium concordia.
- 6 b. Carbo prius ignis tectus,  
Lampadarum tunc aspectus  
Discurrens cum impetu.
- 7 b. Draco perit, fons mundatur,  
Et ab hoste liberatur  
Nata Theodosii.
- 8 b. Qui resistit stans invictus,  
Tomentorum sufficit ictus,  
Deridet supplicia.
- 9 b. In odorem suavitatis  
Offerens se cum beatis,  
Videns, quem dilexerat.
- 10 b. In procinctu viae stamus,  
Manum lapsis porrige,  
Tua prece, ne cadamus,  
Gressus nostros dirige.

Miss. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11888. A. — Collect.  
ms. s. Congregat. Rituum saec. 17. Cod. Roman. Vallicellan. G 76. B. —  
Miss. Magdeburgense imp. Lubecae 1480. C. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1510. D. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1515. E. — 1b. I Qua AD; Quo B. — 2a, 3 Pigmentio D. — 3a, 1 Pruniani (Qua fehlt) B; Aprimani C. — 4a, 3 orbi ABCDE. — 5a, 1 carnis satur C. — 5b, 1 Hine rapitur C. — 5b, 3 Civium constantia B. — Str. 6 u. 7 fehlen B. — 6b, 3 post aspectus C. — 8a, 2 et profanis C; ceu profanis ABDE. — 8b, 1 resistens stat BC. — Str. 9 fehlt B. — 9a, 3 quod cupierat C. — 10a, 1 Salve C. — 10a, 2 Castus A. — 10a, 3 Salve C: Age E. — 10a, 4 Robore hier = Rubore? — 10b, 2 Servos tuos respice B. —

### 178. De ss. Donato et Sociis MM.

- 1 a. Grates agens Christo gratis  
Gratuletur Civitatis  
Clerus, miles, populus;
- 2 a. Quorum primus est Donatus,  
Caelo dives et donatus  
Immortali gloria;
- 1 b. In qua florent velut rosae,  
Quos illustrat gloriosae  
Passionis titulus.
- 2 b. Quo victore vir profanus  
Victus est Victorianus  
Martyris constantia.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3 a. Iubet enim praeses dirus<br/>Mentis inops et delirus<br/>Vana coli numina;</p> <p>4 a. Illum docens adorari,<br/>Cuius natu saepa mari<br/>Firma pendet arida,</p> <p>5 a. Verba vitae sanctus serit,<br/>Praeses furit, sanctum ferit<br/>Capitis sententia.</p> <p>6 a. Per eandem Christus manum<br/>Sacerdotem fert Silvanum<br/>Cum levita Romulo.</p> <p>7 a. Cuius prece templum ruit,<br/>Ruunt, quorum daemon fuit<br/>Prolocutor, idola;</p> <p>8 a. Ergo, quibus dies iste<br/>Dedicatur, tua, Christe,<br/>Nobis pandant atria.</p> | <p>3 b. Sed invictae vir virtutis<br/>Surdis sua dis et mutis<br/>Denegat libamina,</p> <p>4 b. Quo iubente sol et luna<br/>Vice nobis opportuna<br/>Luce nitent fulgida.</p> <p>5 b. Fratrem cuius, virum iustum,<br/>Sic inficta mors Venustum<br/>Rapit ad caelestia.</p> <p>6 b. His adiunctus Hermogenis<br/>Collocatur in amoenis<br/>Cum felice populo.</p> <p>7 b. Quem inclusum in puella<br/>Fide gerens Dei bella<br/>Depulit christicola.</p> <p>8 b. Ibi regnant laureati,<br/>Qui ad agni sunt vocati<br/>Mystici convivia.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20).  
A. — Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (13). B. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII C. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. D. — 3 b, 2 diis ABCD. — 8 a, 2 Declaratur A.

### 179. De sancta Dorothea.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1. Ave, praesignis<br/>margarita,<br/>polita<br/>castitatis vita,<br/>virtutibus fulcita.</p> <p>2 a. Euge, Deo digna,<br/>pace nos consigna,<br/>veritatis lumen,<br/>verum solem iustitiae,<br/>fac post mortem clare<br/>nos illuminare.</p> <p>3 a. Tu plena fide,<br/>Christus sic stabilivit te,<br/>ut nec minas curares<br/>nec hostis tormenta saeva<br/>formidares.</p> | <p>2 b. Virgo, Deo nata,<br/>Dorothea grata,<br/>praeelecta ut sol,<br/>pulchre refulgens ut sidus,<br/>per te sint ablata<br/>nostra nunc peccata.</p> <p>3 b. In ligno vitae<br/>salvator subarrhavit te<br/>sibi sponsam ornatam,<br/>coronae caelestis serto<br/>decoratam.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- 4 a. Tu agna Christi  
esse meruisti  
angelorumque germana,  
nam vana  
nefandi gaudia mundi  
vicisti.
- 4 b. Tuque furentis  
Fabricii praesidis  
multa magnaue saevarum  
poenarum  
genera divino nutu  
superasti.
- 5 a. Hinc gentilium  
nos reliquiae  
laudes Deo  
decantemus hodie  
mirabilium  
eius, quae fecit  
cum Sion filia,  
quae mactata  
erat temporaliter,  
sed iam vivit in caelis  
cum Christo perpetualiter.
- 5 b. Hinc manna verum  
nobis tribue  
ob meritum  
martyris Dorotheae,  
praefiguratum  
quondam in lege,  
sed nunc ecclesiae  
triumphantи  
datum aeternaliter.  
Fac nos, Christe, caelesti  
pane semper digne refici.
- 6 a. Fac aquam mundam,  
excussam quondam  
de petra per virgam,  
nos gustare  
cum perfecta fide,  
peccata deflere  
contrito corde,  
agnum typicum  
ferventer nos vorare.
- 6 b. Es igne laesa,  
fustibus caesa,  
mammillis cremata,  
macerata,  
uncis lacerata,  
Christi Nazarea,  
faculis tandem  
usta flammeis,  
o dulcis Dorothea.
- 7 a. Audi nos,  
nam te virginum  
sponsus tuus honorat.
- 7 b. Salva nos,  
virgo, pro quibus  
te supplex clerus orat.
- 8 a. Fac fontem nobis gratiae  
necnon caelestis praemii  
fructum adfluere,
- 8 b. Ut haustu sapientiae  
possimus transitoria  
cuncta respuere,
9. Tuam praeclararam vitam  
operibus  
imitari  
sanctisque aequari,  
post mortem in caelesti gloria  
cum honore coronari.

Miss. ms. Cremifanense saec. 15. Cod. Cremifanen. 339 A. — Miss. S. Floriani saec. 14. Cod. S. Floriani XI 389 B. — Miss. ms. Walthusense saec. 14. Cod. Linceen. I p. 28. C. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Hilarien. LI. D. — Miss. ms. Pragense (?) saec. 15. Cod. Pragen. XII A 18. E. 1, 1 Ave praefulgens AD. — 2a, 5 fac clare post mortem nos A; fac nos post mortem clare BD. — 2b, 1 Vera Dei B. — 2b, 6 nunc fehlt A. — 3a, 1 Te A. — 3b, 4 caelesti luce A. — 4a, 4 non vana B; nos vana D. —

4a, 6 devicisti B. — 4b, 4 poenarumque A; genera poenarum B. — 5a, 3 Deo fehlt B. — 5b, 10 sq. pane caelesti ABD. — 6a, 5 sincera fide B. — 6a, 9 manducare D; das biblische vorare (Ex. 12, 9) jedenfalls ursprünglich. — 6b, 6 tu Christi A. — 6b, 7 tandem fehlt A. — 7b, 3 supplex te D; adorat A. — 8a, 1 bonis gratiae B. — 8a, 3 fructu B. — 8b, 3 cuncta fehlt B. — Mel.: Ave p̄aeclara maris stella.

### 180. De sancta Dympna.

- |                                                                                            |                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Hac in die<br>Grex noster extollat pie<br>Alleluia,                                   | 1 b. Qua transivit<br>Dympna, quae cum Deo vivit,<br>Res miranda.                            |
| 2 a. Haec est virgo sapiens,<br>Quam dilexit prodiens<br>Sol de stella.                    | 2 b. Regis ex progenie<br>Orta fulget facie<br>Semper clara.                                 |
| 3 a. Matri fide stabilis<br>Iam defunctae similis<br>Pari forma.                           | 3 b. Spretis patris nuptiis<br>Minis nec blanditiis<br>Fit corrupta.                         |
| 4 a. Vires infernalium<br>Crebro sedat ignium<br>Valle nostra.                             | 4 b. Insistentis operi<br>Manum sanat miseri<br>Carne sumpta.                                |
| 5 a. Ferri vincla reserat<br>Et captivos liberat,<br>Ut mens nostra desinat<br>Esse caeca. | 5 b. Obsessos daemonibus<br>Sensus reddit usibus<br>Praepotens virtutibus<br>Haec praedicta. |
| 6 a. Nunc, regis filia,<br>Mortis supplicia<br>Ne patiatur<br>gens misera,                 | 6 b. Prece propitia<br>Nobis concilia<br>Hunc, quem genuit<br>puerpera.                      |

Vita ms. S. Dympnae Gelensis saec. 15. Cod. Gelen. s. n. A. — Grad. ms. Gelense saec. 15. Cod. Gelen. s. n. add. saec. 16. B. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90 C. — 1a, 1 sq. Laudes Dympnae | Plebs nostra decantet pie A. — 1b, 1 Caelos scandit A. In beiden Fällen ist der Reim zerstört. — 2b, 1 Regis proles Hiberniae A. — 2b, 2 fulsit C. — 3b, 1 patri C. — 5b, 2 und alles folgende fehlt infolge von Verstümmelung B. — 6a, 1 Erge stirpe regia C. — 6b, 1 Parce C. — Melodie: Laetabundus, deutsche Singweise. — Aus C in Anal. Bolland. VI, 396.

### 181. De sancto Eligio.

- |                                                                                                            |                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Emicat virtutibus<br>Confessor Eligius,<br>Sanctitatis speculum,                                      | 1 b. Regnans super sidera,<br>Sublimis in gloria<br>Apud patrem lumen.    |
| 2 a. Sub aquilae specie<br>Eius matri gravidae<br>Monstratur praesagium,<br>Blume, Sequentiae Ineditae. V. | 2 b. Quo puer iste sanctus<br>Virtutibus pennatus<br>Totus volet in Deum. |

3 a. Eruditur literis  
Adplicatur iuvenis  
Studio fabrilium;

4 a. Medetur pecudibus,  
Medetur hominibus  
Salus hic languentium.

5 a. Demum te, faber sancte,  
Te praesul gloriose,  
Obsecramus plurimum,

Cod. Bernen. A 94 [Nr. 19] saec. 15. — Aufschrift: „Prosa de sancto Elegio, quam composuit Dominus Stephanus abbas Pontis-Thieffridi Metensis.“

3 b. Fit faber eximius,  
Mira cudens, caelitus  
Massas augens operum.

4 b. Fit praesul Noviomii,  
In hoc statu sublimi  
Humillimus omnium.

5 b. Clementer, clemens ipse,  
Nos rege, nos dirige  
Per hoc iter devium.

### 182. De sancta Elisabeth.

1 a. Iucundetur plebs fidelis,  
Elisabeth quod in caelis  
Scandens gaudet hodie;

2 a. Sociata uni viro  
Firma fide de tyranno  
Christi fecit militem.

3 a. Quidquid habet, dat egenis,  
Egens magis pro egenis  
Victum quaerit manibus.

4 a. Immundorum manu munda  
Sordes tergit, lavat unda  
Multis immunditias.

5 a. Caeci, claudi, surdi, muti,  
Sunt defuncti restituti  
Sanitati pristinae.

6 a. Eia, fratres, exoremus  
Hanc et eius imploremus  
Proni patrocinia,

1 b. Sancta radix et regalis,  
Sancti regis specialis  
Flos et germen nobile.

2 b. Sui viri post decessum  
Mutat mores et processum  
Et excessum corrigit.

3 b. Curam gerens aegrotorum,  
De spe certa futurorum  
Servit aegris sedula.

4 b. Elisabeth ex hoc grata  
Tibi, Iesu, per te multa  
Fecit haec miracula.

5 b. Patris poenam mitigavit,  
Fontis aquam immutavit  
In piscibus precibus.

6 b. Ut nos solvat a peccatis,  
Sursum ducat cum beatis  
Ad aeterna gaudia.

Grad. ms. Zagrabien. saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabien. s. n.  
A. — Miss. ms. Zagrabien. saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabien. XLIV 2.  
323. B. — 1a, 2 quae in A. — 2a, 1 viro uno B. — 2a, 2 Fide firma B. —  
2 a, 3 Mitem fecit B. — 3b, 1 egenorum A. — 4b, 3 Haec fecit A. — 5b, 1  
Matris B. — 5b, 3 piscibus fehit A. — 6a, 2 ut eius A.

### 183. De ss. Euphemia, Dorothea, Thecla, Erasma.

1 a. Gaude, chorus fidelium,  
Sanctorum rex convallium  
Hodie legit lilyum  
In Aquilegia.

1 b. Descendens ad aromatum  
Areolam caelestium  
Sorores sacras civium  
Fert ad collegia.

- 2 a. Hae sunt novi Sion flores,  
Quae cunctorum formant mores  
    Virginali foedere,
- 3 a. Harum duas christianus,  
Duas nequam et vesanus  
    Idolatra genuit,
- 4 a. Furens saevit, cedunt natae,  
Flagrat magis vis innatae  
    Flagris trita fidei.
- 5 a. Vis verborum probat fidem,  
Verbo namque servus idem  
    Statim datur funeri.
- 6 a. Hostis proli,  
Servus dolii,  
    Factus frater sceleris,  
Tradit natas  
    Iam renatas  
    Potestati Caesaris.
- 7 a. Post abscidit his mamillas  
Et per urbem trahit illas  
    Stirpe natas celebri.
- 8 a. Tunc has pater domum duxit  
Intrans, illis quam construxit,  
    In turrim, magnopere.
- 9 a. Has ostendit finis rei  
Patris esse sanctas Dei  
    Et turris destructio,
- 10 a. Coniunguntur nunc in caelo  
Christo, cuius passae zelo  
    Conculcantes lolium.
- 2 b. In aetate dum tenella  
Fide dira vincunt bella,  
    Cogunt Christo credere.
- 3 b. Quas cum novit baptizatas,  
Christo sponso consecratas,  
    Ira fremens gemuit.
- 4 b. Sequens ad germani tendit  
Domum, servus has ostendit  
    Spreto cultu fidei.
- 5 b. Parens natas cum germanis,  
Furor quem vexat inanis,  
    Domo claudit funebri.
- 6 b. Iubet eas  
Quasi reas  
    Caedi timens parcere;  
Praeses caesas  
    Sed illaesas  
    Demum claudit carcere.
- 7 b. Tandem iubet has punire  
Gladio, quas vult finire  
    Vitam morte celeri.
- 8 b. Quintus hic in domo visus  
Et in quattuor divisus  
    Necat sanctas propere.
- 9 b. Praecepis pestis perversorum,  
De Natissa submersorum  
    Corporum reductio.
- 10 b. Harum, Christe, prece pia  
Gradientes vitae via  
    Duc ad caeli solium.

Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LVI (20).  
A. — Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LXXX (13). B. — Grad.  
ms. Civitatense saec. 14. in Cod. Civitat. LVIII. C. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LXXIX. D. — Trop. et Sequent. ms. Aquilegiense saec. 14/15. Cod. Seminarii Goricien. I. E. — 1 b, 4 collegium C. —  
2 a, 1 novae ABCD. — 2 a, 2 cunctarum E. — 7 b, 3 celebri ABCD. — 9 b, 1  
Preces E. — 9 b, 2 Natissa = die durch Cividale fliessende Natissonne. —  
Man könnte versucht sein, 6 a und 6 b in je 2 correspondierende Halbstrophen  
zu zerlegen; die Melodie aber verlangt die vorgelegte Fassung.

#### 184. De sancto Eustachio.

- 1 a. Adest dies gloriae,  
Dies complacentiae,  
Plena Dei gratia,
- 1 b. Dies, inquam, luminis,  
Expers haec caliginis,  
    Vere dies regia.

- 2 a. Haec dies, quam Dominus  
Deus, rex interminus,  
Fecerat a saeculo.
- 3 a. Triumphatis hosticis  
Minis Adrianicis,  
Syrti senatoria
- 4 a. Vir magnus Eustachius,  
Non pressurus amplius  
Nobili collegio,
- 5 a. Aeternae vitae complices,  
Vos precamur supplices  
Nostris pro excessibus,

- 2 b. Gaudeat plebecula  
Haec in hac diecula,  
Qua carnis ergastulo
- 3 b. Rutilante laurea,  
Scandit in aetherea  
Digna cum victoria
- 4 b. Qui polorum agmina  
Cum terrarum machina  
Illustrant martyrio.
- 5 b. Sitis apud Dominum  
Memores iam hominum  
Regnis in caelestibus.

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. I 10. — 4 b, I Cui. —  
Melodie jedenfalls: Veni sancte spiritus.

185. De sancto Evasio.

- 1 a. Caeli iubar, mundi lumen,  
In quo splendet Christinumen,  
Nunc fulget Evasius;
- 2 a. Noster chorus  
Sit sonorus,  
Decoratus  
Et dotatus  
De pastore inclito;
- 3 a. Septena daemonii  
Per preces Evasii  
Virtus effugatur;
- 4 a. Pestem vanam  
Arianam,  
Vasa mortis  
Pugil fortis  
Damnat fultus caelitus;
- 5 a. Virga florens pastoralis  
Monstrat, intus erat qualis,  
Totus namque floridus.
- 6 a. Inter spinas lillum  
Stat exspectans gladium,  
Pro fide mactatur;
- 7 a. Dux crudelis  
Fit fidelis,  
Excaecatur,  
Illustratur  
Terrae per suffragium.
- 1 b. Inter astra micans poli,  
Rosa vernans, digna coli,  
Gaudet gloriosius.
- 2 b. Nisu toto,  
Cordis voto  
Supplicemus,  
Melos demus  
Ante Deum posito.
- 3 b. Virtute oraculi  
Dignus praesul populi  
Astensis sacratur.
- 4 b. Nam vesani  
Et profani  
Lumen Dei  
Mente rei  
Respuebant penitus.
- 5 b. Tentus lassus adligatur,  
In cavernam sic iactatur,  
Sed manet intrepidus.
- 6 b. Rosa rubens sanguine,  
Gemma fulgens lumine  
In caelo locatur.
- 7 b. Luitprandus,  
Rex amandus,  
Fundat aedem  
Christi sedem  
Victor per Evasium.

- |                                                                                    |                                                                                   |
|------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 8 a. Ergo lauda in hac die,<br>Qua caelestis hierarchiae<br>Aguntur sollemnia.     | 8 b. Trinae, simplae monarchiae<br>Odas demus melodiae<br>Et oris obsequia.       |
| 9 a. Lauda sanctum Evasium<br>Eius poscens suffragium,<br>Plebs egena,             | 9 b. Lauda ducem mirificum,<br>Lauda et civem caelicum<br>Mente plena.            |
| 10 a. Pastor bone<br>Ac patronē,<br>Tuum gregem<br>Apud regem<br>Recommenda sedula | 10 b. Tua prece,<br>Ut a nece<br>Liberati<br>Et translati<br>Regnemus in saecula. |

Ioannis Andreae Irici. . de S. Evasio. . . dissertatio historico-critica. Mediolani 1748, p. 225, nach Chorbüchern von Casale. — Die Melodie der Sequenz war augenscheinlich: In caelesti hierarchia

### 186. De sancto Evergисlo.

- |                                                                                   |                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Adest dies laetitiae,<br>In quo sidus iustitiae<br>Fulgidum emicuit;         | 1 b. De profundis tenebrarum<br>Divinitus lumen clarum<br>Ortum mundo claruit.       |
| 2 a. Evergislus, Deo gratus,<br>Agrippinac pastor datus,<br>Inflammatus caelitus, | 2 b. Firmans fidem, formans mores,<br>Legis sacrae perversores<br>Superavit penitus. |
| 3 a. Hic salutis fit speculum<br>Morumque spectaculum<br>Sequens evangelium.      | 3 b. Salve, gemma confessorum,<br>Praesul et lux martyrum,<br>Vas virtutum omnium.   |
| 4 a. Dum missus a Domino<br>Pacem procurando populo,<br>Iusti sanguis funditur,   | 4 b. A profanis manibus<br>Evergislus, vir egregius,<br>Invasus occiditur.           |
| 5 a. Christi factus est hostia,<br>Caelorum transit ostia<br>Cum palma martyrii.  | 5 b. Aegri currunt et curantur,<br>Caeci, claudi reparantur<br>Meritis Evergisi.     |
| 6 a. Loci illius perfusa<br>Sacri cruento grama<br>Non perdunt viriditatem.       | 6 b. Qui te patrem venerantur,<br>Te ductor[e] consequantur<br>Aeternam felicitatem. |
| 7 a. Felix, per quem gaudia<br>Militans ecclesia<br>Sumens exaltatur,             | 7 b. De cuius praesentia<br>Sancta nunc Colonia<br>Tota gratulatur.                  |
| 8 a. Laudemus ergo mirificum<br>Pontificem Evergislum<br>Mente pura,              | 8 b. Ex cuius ore ut nix alba<br>Processit ad alta tendens-<br>que columba.          |

- 9 a. Sed tu, Christi martyr pie,  
Pastor clemens et patronae,  
Prece semper sedula  
9 b. Derelicti vices gregis  
Pietati summi regis  
Commenda per saecula.

Oration. ms. S. Caeciliae Colonensis saec. 15. Cod. Colonien. 1. — Wird in der Hs. als „Sequentia“ bezeichnet. — Die Melodie soll offenbar sein: „In caelesti hierarchia“, freilich um eine Strophe gekürzt und vielfach entstellt. Die Schluss-Strophen sind starke Entlehnungen aus jener Sequenz, während der Anfang sich mit der Sequenz gleichen Anfanges auf den hl. Agilolph (oben Nr. 106) deckt.

187. De sancto Evyntio.

- |      |                                                                                  |      |                                                                        |
|------|----------------------------------------------------------------------------------|------|------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. | Venit sanctus spiritus<br>Adducens divinitus<br>De Roma Evurtium;                | 1 b. | Venit pater pauperum<br>Odiosum veterum<br>Terminans exitium.          |
| 2 a. | Consolator optime,<br>Praesul beatissime,<br>Urbis desiderium,                   | 2 b. | Animae datur quies,<br>Quae per singulos dies<br>Linquit purgatorium.  |
| 3 a. | O lux beatissima,<br>Qua fruitur anima<br>Post poenae suspirium;                 | 3 b. | Mundata a crimine<br>Exit de voragine<br>Per Dei imperium.             |
| 4 a. | Mundat, quod est sordidum,<br>Fugat, quod est horridum,<br>Turpe facit candidum; | 4 b. | Verbum Dei validum<br>Per praelatum providum<br>Confortat cor pavidum. |
| 5 a. | Da viris fidelibus,<br>Dei servitoribus,<br>Robur constans cordium,              | 5 b. | Da virtutis meritum,<br>Religionis ritum<br>Ac perenne gaudium.        |

Offic. ms. Aurelianensis saec. 15. Cod. Vatic. Regin. 628. — Melodie  
natürlich: Veni sancte Spiritus unter Entlehnung des jedesmaligen  
ersten Verses.

188. De sancta Fide.

- |                                                                                                                  |                                                                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Felix dies et iucunda,<br>In qua Fides, virgo munda,<br>De lethali transit <b>unda</b><br>Ad caeli palatia. | 1 b. Diadema sempiternum<br>Laeta sumit in aeternum<br>Laudes cantans ad supernum<br>Regem regis filia.                |
| 2 a. Contra minas stat secura<br>Daciani virgo pura,<br>Sed columba mulcet dura<br>Flammarum incendia.           | 2 b. Carcer, ignis, crux, pruina,<br>Nexus, crates, uncus, mina,<br>Serra, mucro, mors, ruina<br>Sunt Fidis supplicia. |

3 a. Lepra fugit, salus datur,  
Claudus vadit, mutus fatur,  
Caecus videt, mors fugatur  
Sanctae Fidis gratia.

3 b. Miles fortis, Sunamitis,  
Nos ad pedes verae vitis  
Duc, ut tecum, virgo mitis,  
Laetemur in gloria.

Passionale ms. s. Fidis Conchensis saec. 11. ex. Cod. Selestadien. 95 (1187)  
add. saec. 13. — Nachgetragen ist die Sequenz im Fideskloster zu Schlettstadt. — Melodie: Verbum bonum et suave.

189. De sancta Fide.

- 1 a. Alta voce chorus iste  
Dulce pangat Alleluia,
- 2 a. Hodierna namque luce  
Virgo Fides Christo duce  
Dacianum superat,
- 3 a. Praeses ergo Dacianus  
Praesentata virgine  
Sanctissima
- 4 a. At illa cum fiducia  
Respondet ei talia:
- 5 a. Qui fecit aridam,  
sidera, maria,  
Qui cuncta condidit  
sola prudentia,
- 6 a. Dum Fides ista loquitur  
Dacianus irascitur;  
O impietas!
- 7 a. In hac ergo eraticula  
Versatur Dei famula.
- 8 a. Gaudet victrix iuvacula  
Inter tanta patibula
- 9 a. Columba nempe candida  
Nubesque rore fluida
- 10 a. Ita fides vera Fidis  
Fidei constantiam
- 11 a. Sed post truncata gladio  
Cum beato Caprasio  
Christi sequens vestigia  
Migrat hinc ad caelestia;
- 12 a. Ergo laeta contio  
Promat cum tripudio  
Mellicaque symphoniam,  
Quanta sunt haec sollemnia.
- 1 b. Sancta tua, Iesu Christe,  
Praeconizans magnalia.
- 2 b. Cum tyranni rugientis  
Poenas, minas in tormentis  
Patienter tolerat.
- 3 b. Nomen suum rogat atque,  
Sub quo degat numine  
Pulcherrima.
- 4 b. Numen Fidis est Messias,  
Deus natus ex Maria,
- 5 b. Cuius cuncta regit  
omnipotentia;  
Qnos autem colitis,  
dii, sunt daemonia.
- 6 b. Cratemque iubet aeream  
Parari atque flammeam;  
O crudelitas!
- 7 b. Servorum inclemencia  
Exasperat incendia.
- 8 b. Combustionis . . .  
[O] quanta mirabilia!
- 9 b. Flammas extinguit tenera  
Circa virginis latera.
- 10 b. Sanam servat et acervat  
Magnam sibi gloriam.
- 11 b. Et voce iugi Dominum  
Laudat in choro virginum  
Martyrumque per agmina  
Nova concrepat carmina.
- 12 b. Voce cum organica  
Nova cantans cantica  
Voluptuosa neumata  
Solvat mater ecclesia.

13 a. Ave, iam nunc  
beata domina,  
Te precantum  
audi precamina,

13 b. Per te nobis  
culparum venia  
Tribuatur  
divina gratia.

14. Amen dicat haec chorea.

Passionale ms. s. Fidis Conchensis saec. 11. ex. Cod. Selestadien. 95 (1187)  
add. saec. 13. — Mit Melodie. — Eingetragen ist die Sequenz im Fideskloster  
zu Schlettstadt. — 8b, 1 sq. In der Hs. ist hier eine so abgeschabte Stelle,  
dafs sie völlig unlesbar ist.

190. De sancto Florentio.

- |                                                                                                                   |                                                                                                        |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Sacerdotum praefulgens gloria<br>Florentius eximia,                                                            |                                                                                                        |
| 2 a. Scoto natus stemmate<br>Finibus Alsatiae<br>Floruit sub praesule<br>Arbogasto,                               | 2 b. Sexaginta fortium<br>Gerens se praecipuum<br>Salomonis astantium<br>Lecti strato.                 |
| 3 a. Hic est nubes, vox in rota,<br>Hic columna et immota<br>Stans in templo Domini.                              | 3 b. Hic meretur non superbis<br>Gestis ferre, solis verbis,<br>Aegrotis remedia.                      |
| 4 a. Stupescit bestia<br>Ad huius imperia,                                                                        | 4 b. Naturae suae ius<br>Perdit solis radius.                                                          |
| 5 a. O praesul, o confessor,<br>o cultor Domini,<br>eius crucem baiulans;                                         | 5 b. Tu quadrigas Aminadab<br>ferens, nobis impetra<br>posse sequi, quod praedicas.                    |
| 6 a. O Florenti, florens vita,<br>Flumen fundens documenta,<br>Tu sanctorum flores morum<br>Sensu nostro germina; | 6 b. Interventu tuo Christi<br>Dona, quae promeruisti,<br>Futurorumque bonorum<br>Nobis confer gaudia; |
7. Ibi Christo gloria.

Miss. ms. Vallis s. Gregorii Monasteriensis saec. 15. Cod. Colmarien. 408.  
A. — Grad. ms. Offenburgense saec. 15. Cod. Engelbergen. 1. B. — Miss.  
Argentinense imp. Hagnoe 1520. C. — 2 b, 3 Der Überschufs einer Silbe  
zeigt sich auch in jeder Zeile von Str. 5 b. — 2 b, 4 Leti A. — 3 a, 3 Stans  
fehlt B. — 3 b, 2 superabis C. — 4 b, 1 vis B. — 5 b, 2 sq. impetrasse se-  
qui A. — 7 Tibi C.

191. De sancto Foillano.

1. Adest nobis  
dies ista  
celebris atque iucunda,

- 2 a. In qua praesul  
martyrque  
Foillanus  
carne deposita  
caelesti induitus  
est gloria.
- 3 a. Hic Christo devotus  
a pueritia  
regalia deseruit  
patrimonia.
- 4 a. Hunc a cunis  
fovit Hibernia,  
occiduorum insula,  
post et ipsa  
ab eo fota  
spiritualis escae copia.
- 5 a. Plures enim huius  
praeconio  
sunt imbuti vitae  
documentis  
Dei operante gratia.
- 6 a. O quam gloriosa  
vitae viri merita!
- 7 a. Sinceris praece moribus  
in vita clarus nituit  
ac clarior a morte  
resplenduit  
per quam plura  
miraculorum prodigia;
- 8 a. Ergo cuius est pietas  
tanti patris  
nos amplecti  
pignora,  
sit et ipsius gratia  
nos eius mereri  
patrocinia.
- 2 b. Meritorum  
praemia  
assecutus  
iam super aethera  
sanctorum sortitus  
collegia.
- 3 b. Vagus hinc divino  
nutu per maria  
renuntiavit patriae  
factus advena.
- 4 b. Imitantem  
hunc apostolica  
pio nisu vestigia  
sicut pacis  
evangelistam  
excepit feliciter Gallia.
- 5 b. Tam quoque virtutum  
ornamento  
quam materiali  
incremento  
compta mater est ecclesia.
- 6 b. O quam pretiosa  
viri necis gloria!
- 7 b. Inter quae eius passio  
columba, sanctitas angelo,  
corporis absconsio  
columna sunt  
consignata  
trini numinis gratia.
- 8 b. Et tu, caelestis accola,  
cuius festa  
celebramus  
annua,  
tibi devotos adiuva  
nosque Christo benigne  
concilia,
9. In quo nobis per te  
sint festiva gaudia.

Collect. ms. S. Laurentii Leodien. saec. 12. Cod. Bruxellen. 9742 A. —  
Collect. ms. S. Laurentii Leodien. saec. 11. Cod. Bruxellen. 18653—57. B. —  
Miss. ms. Trudonense (?) saec. 14. Cod. Monten. 28 (107) C.

2b, 5 sortitus fehlt B — 3a, 1 Christus C. — 3b, 1 Vectus hinc C. —  
4a, 6 spiritualis est copia B. — 7b, 2 sanctitatis AB. — 7b, 2 angeli B;  
consolatio B, consolatione A. — 9, 2 sunt C. — Vgl. Acta SS. Oct.  
XIII, 383.

192. De sancto Francisco.

- 1 a. Alme dux, minorum pater,  
Per te lucet mundus ater,  
O lux solaris gentium;
- 1 b. Tibi datur signum regis,  
Per quod auctor novae legis  
Mutavit vocem flentium.
- 2 a. Sonat vox novi praeconis.  
Sacco tectus, cinctus zonis,  
Iam mundum linquens transiit;
- 2 b. Nam siccato carnis flore  
Exonustus, in odore  
Post Christum currens abiit.
- 3 a. Novitate aquilari  
Rugas mentis denotari  
Virtutum querit cardine;
- 3 b. Stupet caro delicata,  
Miro vomere sulcata,  
Respersa caeli semine.
- 4 a. Audi, cultor introductus,  
Tu plantator novi fructus  
Ditas tellus, maria.
- 4 b. Partus tuus triplicatus  
A ruina praeservatus  
Sit cum Sion filia.
- 5 a. Audi pater nos Francisce,  
Tuae prolis pondus disce  
Et a malis nos tuere,
- 5 b. Ne damnemur cum impiis,  
Placa Deum pro miseris  
Et dic: horum miserere.

Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo.  
3. — 2 a, 1 Sonet. — 2 b, 2 Exhonustus. — 4 b, 3 filia Sion.

193. De sancto Francisco.

- 1 a. Ave, pater, pacis lator,  
Paupertatis renovator,  
Novae gentis gloria;
- 1 b. Post te currit nova schola  
Pede nudo, vili stola,  
Zona, bursae nescia.
- 2 a. O Francisce, vas virtutum,  
Tu sprevisti velut lutum  
Bona temporalia;
- 2 b. Crucem praefers specialem,  
Nec in terris habet talem  
Sanctus nec in patria.
- 3 a. Signa probant te beatum,  
Cuius ossa sanitatum  
Vaporant dulcedinem;
- 3 b. Quot sunt morbi, tot medelae,  
Visus, gressus et loquelae  
Praebes plenitudinem.
- 4 a. Lepra, languores fugiunt,  
Mors, daemones oboediunt  
Ad tua imperia.
- 4 b. Iesu, fili summae matris,  
Prolem ducas tanti patris  
Ad aeterna gaudia.

Miss. ms. Franciscan. Amstelodamen. anni 1531. Cod. Weerten. Fa 7.  
A. — Miss. Redonense imp. Parisiis 1492. B. — 1 b, 1 stola B. — 1 b, 2  
Pede mundo A. — 1 b, 3 Zonae B. — 2 a, 2 Tui spernunt sicut B. — 3 b, 3  
praebens A. — 4 a, 2 effugient A.

194. De sancto Francisco.

- 1 a. Salve, pater, forma morum,  
Praecolende dux Minorum,  
Duc ad regna nos polorum  
Tuis sacratis precibus.
- 1 b. Salve, pater, institutor  
Novae prolis atque tutor  
Miserorum et adiutor  
Devotarum plebium.

- 2 a. Salve, noster patriarcha,  
Qui salvasti nos in area,  
Cuncta mala nostra calca  
Tuis paeclaris meritis.
- 3 a. Nudus nudum es secutus  
Christum, gaudens valde tutus,  
Post eum pergis non indutus  
Mundi huius opibus.
- 4 a. Paupertatem despontasti  
Et pae cunctis eam amasti,  
Nunquam fuit regina Vasthi  
Tali honore praedita.
- 5 a. Proles gignis te sequentes,  
Totum orbem adimplentes,  
Christi gestis adhaerentes,  
Ut exemplis panditur.
- 6 a. In Alverni monte degens,  
Crucem Domini perlegens  
Et gemitibus te regens  
Meruisti stigmata.
- 7 a. Crucifixus et alatus,  
Ut Seraph pennis velatus,  
Statim tecum amplexatus  
Vultu amoeno et hilari.
- 8 a. In te plagae remanentes,  
Manus pedesque affigentes  
Sicut latus, ut videntes  
Verbo certo praedicant.
- 9 a. Tu es ergo caelo missus,  
Sine cruce crucifixus,  
In quo signo iam abyssus  
Secretorum panditur.
- 10 a. Pater igitur Franciscus,  
Qui laetaris recepisse  
Christi plagas, fac, ut ipsae  
Prosint nobis omnibus,
- 2 b. Lingua nempe laudatoris,  
Peritissimi doctoris  
Nec metam tui fervoris  
Collaudare sufficit.
- 3 b. Quibus omnibus despectis,  
Calciamentis abiectis,  
Veste rudi, chorda electis  
Crucifixum sequeris.
- 4 b. A criminibus remotum,  
Divinali igne fotum  
Apostolicumque totum  
Te vocavit Dominus.
- 5 b. Corpus tuum, saepe lassum,  
Post magistrum cruce passum,  
Tendit cursum non incassum  
Sequens sua vestigia.
- 6 b. Qui patibulo pependit,  
Ex Olympo mox descendit  
Mane quodam et ostendit  
Tibi amorem maximum,
- 7 b. Disparente visione  
Eiusque locutione  
Statim ab impressione  
Cicatricum laederis.
- 8 b. Sed de clavis mire factis,  
Nervo duro iam peractis,  
Parum desuper extractis  
Idem testes asserunt.
- 9 b. Nunquam hoc fuit auditum,  
Sacramentum tale scitum,  
Hoc que donum infinitum  
Praestat cunctis gaudium.
- 10 b. Ut a culpis eruamur  
Meritisque induamur  
Ac in caelis perfruamur  
Sempiternis opibus.

Miss. ms. Franciscanorum Melitensis anni 1506. Cod. Vat. Ottobon. 221.—  
3 b, 3 et chorda. — 5 b, 1 quod saepe. — 6 a, 1 Alverne. — 7 b, 1 Disperante. —  
9 b, 3 Hoc donum. — „Subscripta prosa ab ecclesia approbatur et 40 dies  
indulgentiarum ex devotione dicentibus conceduntur.“

195. De sancto Gallo.

1. Concentu parili  
hic te, patrone,  
veneratur populus  
teque piis colit cordibus.
- 2 a. Generosi Abrahae  
fidem secutus,  
desercens propria,  
effectus hinc  
caelestis incola.
- 2 b. Sanctitate corporis  
castitateque  
morum piae omnibus  
insignitus,  
tu decus abbatum.
- 3 a. Laetare, pater, nobili  
genitus prosapia  
velut gemmula  
nobilissima, auream  
accersisti coronam Dei.
- 3 b. In cuius sacratissimo  
corpore insignita  
per catenulam  
evidentius aeneam  
claruere Christi stigmata.
- 4 a. Te virga Domini  
sanat, purgat, erudit  
disciplinae spiritu  
tamquam pater filium  
febre valida.
- 4 b. Tu porta gentibus  
ad vitam, idolatriae  
cultum delens, populos  
Christo novos generans,  
doctor optime.
- 5 a. Sed tu tamen,  
pater virtutum, dum nobis  
exemplum  
humilitatis verae  
commendasti, strenue  
regem secutus gloriae.
- 5 b. Ad templumque  
mundi cordis tecum Christus  
cenando  
subintrat, praeparando  
tibi cenam pingue  
mentisque iuge convivium.
- 6 a. Laetare, quem scrutator  
cordis et rerum (Deus)  
novit, fovit gratia  
spiritualiter  
cor replens et animam.
- 6 b. Exsulta, cui mundus  
non risit, daemon  
siluit, caro pressa  
[fuit] iugiter  
suavi iugo Domini.
- 7 a. Ergo quique colimus  
festa famuli Christi,  
beati Galli,  
eius piis nos iunge  
meritis.
- 7 b. Si non Dei possumus  
tantam exsequi tardi  
humilitatem,  
forma sit nobis pater  
humilis.
- 8 a. Laus patri gloriae,  
qui suum famulum  
idoneum gentibus  
doctorem destinavit  
caelitus.
- 8 b. Laus eius filio,  
qui suo sanguine  
nos patri (re)concilians  
supernis hunc adiunxit  
civibus.

9. Laus quoque sancto spiritui  
sit per aevum.

Miss. ms. Voraviense saec. 14. Cod. Voravien. 92 (35). A. — Sequent. ms. S. Petri Salisburgensis saec. 16. Cod. S. Petri Salisburgen. IV F (Appendix ms. Miss. Romani, imp. Venetiis 1513). B. — 1, 4 colit mentibus B. — 2a, 3 deserendo AR. — Str. 2b fehlt in den auffindbaren Quellen; ist von mir nach dem Texte der Stammsequenz ergänzt. — 3a, 5 accessisti A; Domini AB. — 4a, 1 Tu A. — 5b, 1 que fehlt AB. — 5b, 2 sqq. tecum cenando subintrat Christus AB. — 6b, 2 sq. risit caro daemon siluit pressa AB. — 8a, 3 gentibus idoneum B. — Melodie: Symphonica. Die Stammsequenz Notkers gleichen Anfanges auf Purificatio BMV. ist derart als Vorlage benutzt, dass immer die Eingangsworte jeder Klausel entlehnt wurden, bei Str. 1 u. 7b sogar wortgetreu fast die ganze Strophe.

196. De sancto Geminiano.

- |                                                                                                                                                |                                                                                                                                                         |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Glorietur laetabunda<br>Facta satis et iucunda<br>Mutinensis contio                                                                       | 1 b. In adventu sui ducis,<br>Amatoris verae lucis,<br>Festi cum tripudio.                                                                              |
| 2 a. Hic ex carne Mutinensis<br>Nunc in caelo fortis ensis<br>Exstat rebus in immensis<br>Praesenti collegio.                                  | 2 b. Adulescens spernit vana,<br>Ut per eum plebs mundana<br>Deum colat et arcana<br>Largiatur unctio.                                                  |
| 3 a. Iam Geminianus<br>Literis ornatur,<br>Cuius fortis manus<br>Nunquam fatigatur,<br>Ut omnes curentur.                                      | 3 b. Christi miles fortis<br>Clero sociatur,<br>Amatores mortis<br>Cunctos aspernatur,<br>Ut resuscitentur.                                             |
| 4 a. Pauper consolatur,<br>Quia sublevamen,<br>Nudus adornatur,<br>Nam ipse iuvamen,<br>Quique infirmatur,<br>Habet delectamen<br>A Geminiano. | 4 b. Forma decoratur,<br>Castitate floret,<br>Ac mens non quassatur,<br>Si peccata ploret<br>Plebis, gloriatur,<br>Christum si adoret<br>Consilio sano. |
| 5 a. Hic Laurentium levita<br>Factus imitatur ita:<br>Ille Systo ut in vita,<br>Servit hic Antonio.                                            | 5 b. Quo defuncto hic clamatur,<br>Fugit, latet, revocatur,<br>Favet tandem, praesulatur<br>Ac sedet in solio.                                          |
| 6 a. Petri quaerit mansionem,<br>Ubi post orationem<br>Daemonis temptationem<br>Fugat cum daemonio;                                            | 9 b. In excelsis daemon fatur,<br>Quaerit, quare molestatur,<br>Post haec fugit et minatur<br>Dare hunc exitio.                                         |

- 7 a. Regnat tandem qui profani  
Iovianus Iuliani  
Legem spernit, firmat sani  
Statuta concilii,
- 7 b. Rapit cuius daemon natam,  
Lugent, quia laniatam  
Eam cernunt et turbatam  
Milites imperii.
- 8 a. Imperator consternatur,  
Et regina contristatur,  
Ope quia non curatur  
Medicorum filia.
- 8 b. Dum incassum cura datur,  
Sola daemon protestatur  
Mutinensis, ut pellatur,  
Praesulis auxilia.
- 9 a. Catervatim destinati  
Mare transeunt legati,  
Eo viso sunt laetati,  
Quem fama praedixerat.
- 9 b. Causa viae praelibata  
Hic per hostem haec minata  
Noscit atque praedicata  
Plebe cursum properat.
- 10 a. Dum per mare navigatur,  
Daemonum vi perturbatur  
Classis, vento imperatur,  
Turbo cedit numini.
- 10 b. Aula regis coronatur,  
Sospitati cum donatur  
Regis proles, et fugatur  
Daemon servo Domini.
- 11 a. Aebris omnibus sanatis  
Atque sibi donis datis  
Sua plebs exultat satis  
Sancto duce reddito.
- 11 b. Post haec Attilae crudeli,  
Aserenti regis caeli  
Se flagellum, cum fideli  
Corde favet subito.
- 12 a. Imminente mortis hora  
Clamat Christi vox decora:  
Serve bone, sine mora  
Veni, tolle praemium.
- 12 b. Plangit turba populorum,  
Chori gaudent angelorum,  
Cum ad diem praemiorum  
Pater dicit filium.
- 13 a. Est Severus Ravennatum  
Praesul praesens et beatum  
Spiritum huius sanctis datum  
Sancto signat famine.
- 13 b. Plebs Ravennae admiratur,  
Cum praesentia fruatur  
Sui patris, et dicatur  
Simul esse Mutinae.
- 14 a. Iam defunctus aegros sanat,  
Morbos pellit; qui profanat,  
Ei obstat, eunctis manat  
Eius patrocinium.
- 14 b. Dies festi cum lucescit,  
Fluvialis aqua crescit,  
Nullum laedit, sed arescit  
Circa domicilium.
- 15 a. Tandem furit Hungarorum  
Gens nefanda et euncitorum  
Loca perdit, sed suorum  
Sanctus servat moenia.
- 15 b. Ergo, pater, nunc conserva  
Nos indignos cum caterva.  
• • • • • • •

Grad. ms. Mutinense saec. 12. Cod. Capit. Mutinen. O I N 16. A. —  
Aus einer nicht näher bezeichneten Hs. Modenas: Gius. Cappelletti, Le  
Chiese d'Italia (Venezia, 1859. tom. XV, p. 215). B. — 4b, 5 Plebs B. —  
5a, 2 ita fehlt B. — 6b, 4 exilio A. — 11b, 2 Aserentis A; caelis B. —  
12a, 2 Clamat vox Christi A. — 14b, 1 festicus lucescit B. — 15b ist  
offenbar unvollständig.

197. De sancto Gengulpho.

- 1 a. Maiestati sacrosanctae  
Militans cum triumphante  
Iubilet ecclesia;
- 2 a. Trino Deo honor unus,  
Uni trinum laudis munus  
Cuncta sit per saecula,
- 3 a. Inter quos hunc sanctum virum,  
Vita et virtute mirum,  
Gengulphum excoluit;
- 4 a. Ex primaevō vitae flore  
Fide, ope, sacro rore,  
Plenus fructu gratiae,
- 5 a. Mirum dictu: uxoratus  
Miles, clara stirpe satus,  
Redundans divitiis,
- 6 a. Militans Pipino regi  
Christi regis servit legi  
Vir virtute inclitus;
- 7 a. Quam in viri armat mortem  
Satan suae per consortem  
Hominem malitiae.
- 8 a. Poena reos comittatur,  
Virtus sancti declaratur  
Signis et prodigiis.
- 9 a. Christus ergo imploretur,  
Ut post viae cursum detur  
Nobis vitae bravium.
- 10 a. Huius sancti sancta prece  
A peccati munda faece  
Et a mundi scoria;
- 1 b. Deo patri, Deo nato,  
Deo flamini beato  
Sit laus, honor, gloria.
- 2 b. Qui in Christo, vera vite,  
Suos suae aptat vitae  
Palmites agricola.
- 3 b. Quem excultum et suffultum  
Ad ferendum fructum multum  
Vitae vitis tenuit.
- 4 b. Surgit in virum perfectum,  
Christi servans iter rectum,  
Semitam iustitiae.
- 5 b. Non est his illaqueatus,  
Sed in mundo conversatus  
Mundus absque vitiis.
- 6 b. Qui per fidem transfert fontem  
Et per fontem monstrat solum  
Feminam divinitus,
- 7 b. Saevit hostis, sauciatur,  
Martyr obit, palma datur  
Et corona gloriae.
- 8 b. Qui in caelis nunc laetatur  
Et in terris honoratur  
In Christi ecclesiis.
- 9 b. Iesu bone, cuius dona  
Nostra bona, qui corona  
Es sanctorum omnium,
- 10 b. Fac nos patris, fac nos tui  
Et amoris sacri frui  
Sempiterna gloria.

Grad. ms. Aquisgranense anni 1330. Cod. Capit. Aquisgranen. XV. A. —  
Miss. ms. Coloniense saec. 15. Cod Darmstadien. 874 (cfr. Roth, 121). B. —  
4 a, 2 Fide spe sacro amore B. — Melodie die der Drei-Königssequenz  
gleichen Anfanges.

198. De sancto Georgio.

- 1 a. Diem sanctum Georgii  
passione Christi  
laude canamus omnes
- 1 b. Cum chorisque angelorum  
laetantes simulque  
et sanctorum gaudentes.

- 2 a. „Veni, puer  
dilectissimus meus,  
cum corona(m)  
ascendas in gloria.“
- 3 a. Tunc respiciens  
in caelum  
beatus Georgius
- 4 a. Qui dedisti fiduciam  
servis tuis, magne,
- 5 a. Tu eripias  
me de dolore,  
quo circumdant me, et deduc  
in gloriam fulgentem;
- 6 a. Et visus est ei  
Dominus in custodia  
nocte confortans  
eum: „Ne timeas omne  
genus tormentorum“.
- 7 a. Qui tuam memoriam  
sollemnitate [magua]  
celebramus,
- 2 b. Vocavitque  
nomen eius et dicens:  
„Georgius,  
ego sum Deus tuus.“
- 3 b. Obsecrando et  
deprecando  
in aevum Dominum:
- 4 b. Quod memor sum mandatorum  
tuorum, Domine,
- 5 b. Furor illorum  
valde malorum  
venenum serpentium, et  
insurgunt malignantes.“
- 6 b. Omnes nos populi  
te deprecamur, sancte, ut  
intercedere  
pro nostris facinoribus  
ad Deum digneris.
- 7 b. Mereamur (tecum) habere  
consortium, gaudia  
paradisi.
8. Qui cum patre regnat  
in aeterna saecula.

Grad. et Trop. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123. (B III 18). — 1 a, 1 sancti. — 1 a, 3 laudes (laude canamus diem = lobsing den Tag, der geheiligt ist (sanctum) durch das Leiden des h. Georg für Christus). — 2 a, 4 ascendant. — 3 a, 3 beatum Georgium. — 3 b, 1 sq. Obsecrantes et deprecantem. — 4 a, 1 Quod. — 4 b, 1 memores. — 5 a, 1 Ut eripias. — 5 a, 3 quae circumdant me et sicut. — 5 a, 4 gloria. — 5 b, 4 insurgentes malignantibus. — 6 a, 4 omnes. — 5 b, 4 facinoris. — 6 b, 5 dignemini. — 7 a, 2 sollemnitatem. — 7 a, 3 celebrant.

### 199. De sancto Georgio.

- 1 a. Laudes Christo persolvamus  
Nos, qui Christi frequentamus  
Martyris sollemnia;
- 2 a. Sacri verbi spargit flores,  
Quibus fuint laetiores  
Sustinentes tristia.
- 3 a. Palma virens  
virtutis gratia,  
Qua suffultus  
domuit vitia  
Vivens mediocriter.
- 1 b. Cuius actus, vita mores  
Multos reddit meliores  
Operante gratia.
- 2 b. O quam felix agonista,  
Qui docente nos psalmista  
Velut palma floruit.
- 3 b. Fide firmus  
sprevit praesentia,  
Spe succinctus  
futura praemia  
Concupivit iugiter.

- 4 a. Quem nec blandus citharista  
Nec violentus lanista  
Deviare potuit.
- 5 a. Haec est scala mandatorum,  
Per quam martyr ad caelorum  
Conscendit palatia.
- 6 a. Primo quaerunt legis cultum,  
Dicunt, quod non sit inultum  
Iovis sacra spernere.
- 7 a. Non sunt nova penitus,  
Quae sunt data caelitus,  
Veritatis dogmata.
- 8 a. Vani monstrum numinis,  
Daemonis et hominis  
Innuunt effigiem;
- 9 a. Christus, verbum Dei patris,  
Quos in claustris trusit atris  
Zabuli versutia,
- 10 a. Ipsum totis votis colo,  
Verba cuius sine dolo,  
Verba sunt salubria.
- 11 a. Ad haec praeses indignatur,  
Sancto mortem cominatur,  
Unde statim vinclis datur,  
Tenetur ergastulo.
- 12 a. Letum potu propinatur,  
Vorax flamma ministratur,  
Rotae totus applicatur,  
Sed haec gaudens superat.
- 13 a. O Georgi, spes tuorum,  
Audi preces servulorum  
Et quam habes meritorum  
Inter choros beatorum  
Confer nobis gratiam.
- Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20).  
A. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. B. — 6 b, 2  
1. Dei vultum? — 8 b, 3 specie AB. — 10 b, 3 spurcitio A. — Melodie:  
Laudes crucis.
- 4 b. . . . .  
. . . . .  
. . . . .
- 5 b. Quem cultores idolorum,  
Per diversa tormentorum  
Dum trahunt supplicia,
- 6 b. Ad sedandum hunc tumultum  
Mente cernens Dei nutum  
Coepit martyr dicere:
- 7 b. Hinc est Deo deditus  
Cordis mei spiritus  
Christi ferre stigmata.
- 8 b. Auctor vero luminis  
Veri monstrat numinis  
Claritatis speciem.
- 9 b. Carnem sumens alvo matris  
Hinc eductos more fratriis  
Pares facit gloria.
- 10 b. Ipsi dare tura volo,  
Ritus vestros sequi nolo,  
Pleni sunt spurcitia.
- 11 b. Inde ductus cruciatur,  
Fuste, ferro laniatur,  
Poenis corpus dissipatur  
Coram omni populo.
- 12 b. Nam de fine cogitatur,  
Sicque tandem decollatur,  
Terris corpus commendatur,  
Sursum fatus properat.
- 13 b. Audi, martyr, et intende,  
Motus nostros tu suspende,  
Arma, scutum apprehende,  
A paganis nos defende  
Nostramque substantiam.

200. De sancto Gregorio.

- 1 a. Organum spirituale  
Tangat decus clericale,  
Dum recolitur natale  
Vigilis Gregorii.
- 1 b. Scriba regis angelorum  
Floruit hic lux doctorum  
Et apostolus Anglorum,  
Qui prius inglorii.

- 2 a. Ex prosapia Romana  
Spreta mundi pompa vana  
In doctrina christiana  
Vigilanter studuit.
- 3 a. Virgo saeculo pusilla  
Eius amita Tarsilla,  
Deo vigilans ancilla,  
Vidit Iesum dulciter.
- 4 a. Monasteria construxit  
Ac prudentia adfluxit,  
Monachalem vitam duxit  
Derelinquens omnia.
- 5 a. Eruditus in virtute  
A primaeva iuventute  
Iter vadens viae tutae  
Devitavit crimina.
- 6 a. Videns pueros Anglorum,  
Pulchros vultu angelorum,  
Mox misertus est eorum  
Suspirando graviter.
- 7 a. Recta scribens recte dixit,  
Quo malivolos adfluxit,  
Sed correctis benedixit  
Pastor bonus omnibus.
- 8 a. Monstra fecit in hac vita  
Verus hic Israelita,  
Quod cognovit eremita  
Ex divina gratia.
- 9 a. Aes in zonis non compegit  
Sed pauperibus redegit,  
Quem salvator praecelegit  
Organum mellifluum.
- 2 b. Rhetor magnus et urbanus  
Cuius pater Gordianus,  
Felix, pontifex Romanus,  
Atavus resplenduit.
- 3 b. Uivens Silvia caelestis  
Mater huius, digna gestis,  
Fixit cor aeternis festis  
Finiens feliciter.
- 4 b. Sed cum cuperet sincere  
Mori cunctis et latere,  
Cogebatur apparere  
Ut flos inter lilia.
- 5 b. Retexendo cantilenas  
Sublevavit febris poenas,  
Odas addidit amoenas  
Per scripturae carmina.
- 6 b. O pontificem beatum,  
Per columnam demonstratum  
Et a naufrago probatum  
Dignum mirabiliter!
- 7 b. Uigil iste sanctus fuit,  
Qui ut nubes magna pluit  
Et ut ros de caelo ruit,  
Utilis fidelibus.
- 8 b. Deus fecit Levi pactum  
Nec paenituit transactum  
Pacis atque vitae factum  
Cum honoris gloria.
- 9 b. Istum deprecemur sanctum  
Nos viventes, vita tantum,  
Ut cantemus agni cantum  
Nunc et in perpetuum.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellens 9786—90. — Akrostichon:  
O servum servorum Dei.

201. De sancta Hedwige.

- 1 a. Consurge iubilans,  
Vox quaevis hominum,  
Laudesque resonans  
More fidelium  
Christo credentium,
- 1 b. Hedwigis inclitae  
Dum festa recolis,  
De cuius meritis  
Angeli hodie  
Congaudent in caelis.

- 2 a. In hac miseriae  
Valle, mater, pie  
Succurre miseris  
Et zyma scoriae  
Tollas de medio,
- 2 b. Tot dum phantasmatum  
In cursu turbatur  
Mentale sabbatum  
Et carne movente  
Diversum proelium.
- 3 a. Curas haec propellat  
Mundanas, noxias,  
Christi nos faciat  
Secum participes,  
Patris imperii.
- 3 b. Nam cum tot fulgeat  
Inter nos meritis,  
Caecos illuminans,  
Claudis gressum parans  
Auditumque surdis,
- 4 a. Mortuos suscitat,  
Febres eliminat,  
Sese invocantes  
Aegros plures curat  
Et loqui efficit.
- 4 b. Quam felix famula  
Hedwigis inclita,  
Vivens cum gloria  
In caeli patria  
Per aevi saecula!
- 5 a. Ubi nec senium,  
Nec languor mentium,  
Nec terror hostium,  
Nec cura vestium,  
Nec fraus nec odium;
- 5 b. Illic archangeli,  
Prophetae, angeli  
Sunt canentes Deo  
Gloriam in caelis  
Voce mirabili.
6. Qui nobis tribuat  
Peccati veniam  
Hedwigis precibus  
Et donet patriam  
In caeli gloria.

Vita ms. S. Hedwigis saec. <sup>14/15</sup>. Cod. Vatic. Palat. 857. A. — Miss. ms. S. Floriani saec. 15. Cod. S. Floriani XI 385. B. — Miss. ms. Schlierbacense anni 1484. Cod. Schlierbacen. I 14. C. — Sequentiar. ms. Cremifanense saec. 15. ex. additum Miss. Romano imp. Venetiis 1484. D. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Mellicen. 979. E. — Miss. Pataviense imp. Venetiis 1503. F. — Miss. Magdeburgense imp. Lubecae 1480. G. — Ausserdem: Miss. ms. S. Floriani saec. 15. Cod. S. Floriani III 9. — Miss. ms. Garstense saec. 15. Cod. Lincen. I q 10. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1510. — 1a, 3 resonant DF. — 1a, 4 In ore EF. — 1a, 5 In Christo ABCFG. — 2a, 2 sq. fehlen C. — 2a, 2 pia E. — 2a, 5 tollat C. — 2b, 1 sq. Incursu phantasmatum tot dum turbatur A u. alle anderen Quellen. — 3a, 1 Foras AEFG. — 3a, 3 Et Christi BCDF; nos fehlt D. — 3b, 1 Iam C. — 3b, 4 Gressum claudis donas A; donans G. — 4a, 1 suscitanus A. — 4a, 5 Et sanos efficit AG. — 4b, 1 femina A, familia BC. — 4b, 5 Perenni BCDEF; gloria A. — 5a, 1 Ibi G. — 5a, 3 furor BC. — 5a, 5 vel odium A. — 5b, 1 Illuc C. — 5b, 3 sq. canentes gloriam Deo A u. alle anderen Quellen. — 6, 2 Peccatorum C. — 6, 4 gloriam A. — 6, 5 caeli patria A. — Die Melodie bietet A, nämlich: Mittit ad virginem.

202. De sancta Hedwige.

- 1 a. Alma mater gratiosa,  
Dux Advigis gloriosa  
Ducatus Poloniae,
- 1 b. De radice generosa  
Est exorta vernans rosa  
Regalis prosapiae.

- 2 a. **E**st exemplum coniugatis  
Ceterisque viduatis  
Verae continentiae,
- 3 a. **I**ntrat claustrum dominarum,  
Ubi lumen reddit clarum  
Fidei lucidius.
- 4 a. **I**n caelorum est locata  
Regno, gaudet coronata  
Cum sanctis feliciter,
- Collect. ms. Constantini Caietani saec. 17. Cod. Roman. Alexandrin.  
95. — Akrostichon: A de vigis.
- 2 b. **U**ti prolem sanctitatis  
Quaerat thorus castitatis  
Summaeque munditiae.
- 3 b. **G**erit actum gratiarum,  
Fructum carpit ceterarum  
Virtutum praecarius.
- 4 b. **S**it ipsius prece grata  
Ut et nobis vita data  
Cum ea perenniter.

203. De sancto Herculano.

- 1 a. **B**one praesul, Herculane,  
Tu infirmae factae sanae  
Impetrasti gratiam;
- 2 a. **A**eger quidam laborabat,  
Morbus eum nam vexabat,  
Ut se ferret manibus;
- 3 a. **H**uius meritis diversa  
Fugat Deus et adversa  
Humanorum iacula,
- 4 a. **H**oc ostendit caput sancti  
Corpori unitum tanti,  
Quod abiectum fuerat,
- 5 a. **H**oc Gregorius testatur  
Libro suo, protestatur  
Verbis evidenter;
- 6 a. **R**ogent eum nati gregis,  
Rexit quem pro morte regis  
Bene ac fideliter,
- 7 a. **E**rgo sciant ipsum Deum  
Convertantur et ad eum,  
Quod salutem habeant;
- 1 b. **Q**uae mamilla torquebatur,  
Tanto patre laetabatur,  
Dum fugat nequitiam.
- 2 b. **D**um ad ostium accedit,  
Macula procul recedit  
Praesulis pro precibus.
- 3 b. **C**orporum atque impendit  
Sanitates, qui rependit  
Fugando piacula.
- 4 b. **Q**uod hic praesul sanctus fuit,  
Ibi quod sit, unde ruit  
Hostis atque fugerat.
- 5 b. **I**n dialogo ostendit  
Ipsum sanctum, qui defendit  
Perusinos precibus.
- 6 b. **U**t pro eis roget Deum,  
Ut accedant non ad eum,  
Qui vexat crudeliter.
- 7 b. **E**xtra quam non invenitur,  
Qua quis bene praefulcitur,  
Ergo fidem teneant.

Antiph. ms. S. Laurentii Perusini saec. 13. Cod. Capit. Perusin. 30. —  
Wird in der Hs. ausdrücklich als „Sequentia“ bezeichnet.

204. De sancto Hieronymo.

- 1 a. **G**aude, virgo, sponsa Christi,  
Quae doctorem genuisti  
Virginem Hieronymum.
- 1 b. **L**audes eius iubilantes  
Veneremur, celebrantes  
Diem festum maximum.

- 2 a. Oriundus de Stridone,  
Romae legens in Platone  
Iugiter et Tullio,
- 3 a. Iunctus hic devoto clero  
Rubicundo sub galero  
Rexit templi cardinem.
- 4 a. Sacrum dogma christianum  
Constantinopolitanum  
Sumit per Gregorium.
- 5 a. Summa paenitentia,  
Flagellis, inedia  
Carnem domat, atterit.
- 6 a. Exiendo templum Dei,  
Quidquid canonis Hebraei  
Continent volumina,
- 7 a. Officiorum  
Ordo cunctorum  
Primus per hunc claruit;
- 8 a. Illustravit orbem totum  
Propinando vitae potum  
Filiis ecclesiae.
- 9 a. Uere pater inclitus,  
Cuius fulget transitus  
Luce fusa caelitus.
- 10 a. Sonant dulces melodiae,  
Adest Christus neci piae,  
Assunt omnes ierarchiae  
Supernorum civium;
- 11 a. Mira cernit haec Cyrillus;  
Augustini quoque stilus  
Scribit, quod haec anima
- 12 a. Uoces, cantus, dum ascendit  
Pater sanctus, apprehendit  
Severus cum sociis.
- 13 a. Donat vitam tribus funetis  
Graecis, haeresi compunctis,  
Et Silvanum bis a cunctis  
Liberavit aemulis.
- 14 a. Caedit hostem eius vultus,  
Percussoris pavet ultus  
Pravitate, cuius cultus  
Cito prodest famulo.
- 2 b. Raptus ante tribunal iudicis  
Flagellatur, divini codicis  
Mancipatur studio.
- 3 b. Orans, arguens abusus  
Plurimorum, his delusus  
Sprevit celsitudinem.
- 4 b. Uastam solitudinem,  
Asperam crepidinem  
Petit inde montium.
- 5 b. Inde sanctus remeat  
Bethlehem, ut doceat,  
Numen quod adnuerit.
- 6 b. Ruminavit exponendo,  
In Romanis transferendo  
Literas et nomina.
- 7 b. Nec admirari  
Cuncta nec fari  
[Potes], quae composit.
- 8 b. Monachis, quos adgregavit,  
Et virginibus dictavit  
Nomen pudicitiae.
- 9 b. Sacco vili tegitur,  
Humo nudus ponitur,  
Fratres docens (cum) moritur.
- 10 b. Uia lucis, quae decorum  
Ducit in terram, binorum  
Chorus regis angelorum  
Lumina ferentium.
- 11 b. Mortis hora lucet fulta  
[Christo] sibi et occulta  
Revelavit intima.
- 12 b. Sic Baptista et par iste  
Revelatur, comprobatur  
Caelestibus nuntiis.
- 13 b. Opem donis iste binis  
Contulit Alexandrinis  
Et Romanis peregrinis  
Necis in periculis.
- 14 b. Terra sacris membris cedit,  
Cuius corpus aegris reddit,  
Sacra membra postquam reddit  
Exhibitor tumulo.

15 a. Obsecremus redemptorem,  
Qui Ieronymum doctorem  
Verbo, signis et exemplo,  
Quasi solem eius templo,  
Contulit clarescere.

15 b. Refovendo sua prece  
Nos purget ab omni faece,  
Ut micante alma luce  
Donet pius ipso duce  
Regna caeli scandere.

Antiphon. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVII. add. saec.  
15. A. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVIII. add. saec.  
15. B. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. add. saec.  
15. C. — 1a, 1 Ave virgo A. — 2b, 3 studiis ABC. — 3b, 1 Orens ABC. —  
4b, 2 crepitudinem BC. — 4b, 3 Petit B. — 5a, 3 attriterit B, attrivit  
B. — 5b, 3 Et munerum ABC. — 6a, 3 Continet AC. — 7b, 1 mirari ABC,  
l. Neque mirari? — 8b, 3 Nomina ABC. — 10b, 1 quem ABC. — 10b, 2 terra  
ABC; binum ABC. — 10b, 3 Chorus dextra regis ABC. Vielleicht ist zu lesen:  
Ducit terra binum chororum | Dextra regis angelorum etc. — 11a, 2 quoque  
salus ABC. — 13b, 1 donec iste B; iste bonis A. — 13b, 2 Alexandrinis  
contulit ABC. — 13b, 3 Et fehlt A. — 13b, 4 Necis et periculis ABC. —  
14a, 2 pavet vultus ABC. — 14b, 1 Serra ABC (Das Akrostichon verlangt T). —  
15b, 2 expurget ABC. — Akrostichon: Gloriosus Ieronimus, summus  
doctor. — Melodie: Laudes crucis, mit einigen Einschreibeln.

### 205. De sancto Hieronymo.

1 a. Hieronyme sanctissime,  
Tua festa nunc colimus,  
Precamur, beatissime,  
Intende nostris precibus.

1 b. Hieronyme, par angelis,  
Excelsior hominibus,  
Apostolis consimilis,  
Ardens Iesu dulcoribus.

2 a. Devote pater virginum,  
Hieronyme beatissime,  
Amator sancte pauperum,  
Assis nobis piissime.

2 b. O sacerdotum gloria,  
Virgo Christi, Hieronyme,  
Per mundi fulget climata  
Tua doctrina hodie.

3 a. Tu norma, forma virginum,  
Tu sanctitatis gloria,  
Tu monachorum omnium  
Via, doctrinae semita.

3 b. Christi devote servule,  
Iesu sacerdos inclite,  
Ardens amator patriae,  
Succurre nobis hodie.

4 a. Funde preces, Hieronyme,  
Ad summum patrem lumen,  
Ut nos purget a crimine  
Et tollat hoc incendium.

4 b. O eremita, gloriae  
Caelestis fruens gratia,  
Tu vivens inter homines  
Divina potas flumina.

5 a. Te lux divina inebriat,  
Caelorum cibo pasceris,  
Hieronyme, te satiat  
Christus, quem semper conspicis.

5 b. Quo maior fuit caritas  
Et fortior dilectio,  
Eo tu gloriosior  
Es caelesti consortio.

6 a. O Christi ardens Seraphim,  
Hieronyme sanctissime,  
O lucens [quo]que Cherubim  
Aeterne sapientiae.

6 b. O sancte virgo virginum,  
Gloriose Hieronyme,  
O confessorum omnium  
Et martyrum sanctissime.

7 a. Te quaeso, pater unice,  
O beate Hieronyme,  
Ad te clamantes aspice  
Et mala peste protege.

8 a. O [tu] devote servule,  
Doctor legis, Hieronyme,  
Adesto nunc piissime  
Nobis, tu pater optime.

Offic. ms. Hieronymitarum saec. 15. Cod. Roman. Casanaten. B V 33 (520). — 3 a, 4 doctrinae hodie (cfr. 3 b, 4). — 4 b, 1 sq. gloria caelesti.

7 b. Ad te devoti currimus,  
O sanctitatis vasculum,  
Hieronyme, te quaesumus,  
Affer nobis subsidium.

8 b. In sanctorum splendoribus  
Uni Deo sit gloria,  
Qui Hieronymi precibus  
Det nobis caeli gaudia.

### 206. De sancto Hieronymo.

1. O quam venerandus est  
Gloriosus Ieronymus,  
Christi confessor egregius!

2 a. Hic doctor veritatis,  
Destructor falsitatis,  
Claritatis speculum.

3 a. Clara stella firmamenti,  
Rutilans in caelis,

4 a. Hic fidei catholicae  
Planus illustrator,  
Serviminis ecclesiae  
Primus ordinator  
Sacrosanctaeque scripturae  
Verus declarator.

5 a. Eius virtus florida  
Fulget ante Dominum,

6 a. Eius fama gloriosa  
Est in terris et in caelis,  
Eius de miraculis  
Exsultat plebs fidelis.

2 b. Vas humilitatis,  
Rosa caritatis,  
Castitatis lilyum.

3 b. Veterisque testamenti  
Translator fidelis.

4 b. Eius sapientia  
Lucet per mundi climata,  
Qui fulget in ecclesia  
Tamquam sol et luna,  
Et splendet catholica  
Ubique fides nostra.

5 b. Et doctrina lucida  
Sonat per linguas hominum.

6 b. Eius sanctis meritis  
Deus honoratur,  
Et laetantur angeli  
Mundus illustratur.

Sequent. et Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. —  
6 b, 3 Et fehlt.

### 207. De sancto Hieronymo.

1 a. Laude lauda, gens Slavorum,  
Pium patrem et patronum,  
Doctorem Ieronymum.

2 a. Et Cyrillus Iesum cernens  
Ad dexteram Ieronymi  
Acta pandit gaudia,

1 b. Assunt laudes angelorum  
Atque cives supernorum  
Migrante Ieronymo.

2 b. Salvatore comitatus  
Cum e vita fit translatus  
Ad aeterna gaudia.

- 3 a. Rem miratur patriarcha,  
„Quis es“, inquit, „ita felix,  
Qui ad caelum properas“?
- 4 a. „Quem nominas, singulari  
Diligo affectione;  
Esne eius anima“?
- 5 a. Vade, o care Cyrille,  
Ad dilectos discipulos  
Ut mihi congaudeant.“
- 6 a. Tres mortuos suscitasti,  
Haereticos confutasti,  
Ecclesiam irrigasti  
Tuo sancto dogmate.
- 7 a. Tu par es in merito  
Iohanni praecursori,  
Sicut narrat Augustini  
Doctoris epistola.
- 3 b. Ad quem inquit ille laetus:  
„Fuit unquam tibi notus  
Presbyter Ieronymus“?
- 4 b. „Sum anima eius vere,  
Quae ex procellis huius maris  
Vitae portum teneo.
- 5 b. Mox se confert in Bethleem,  
Ibi pandit visionem  
Filiis Ieronymi.
- 6 b. Caecum natum illuminasti,  
Atque prece Theodoneum  
Senatorem liberasti  
A barathris inferni.
- 7 b. Eia, pater, funde preces,  
Flecte Deum, ut illustret  
Pectus nostrum; in patronum  
Te pium eligimus.

Grad. ms. Zagrabiense saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabiens. s. n. A. —  
Miss. Zagrabiens. imp. Venetiis 1511. B. — 2a, 2 dextram A. — 2b, 2 Fuit  
atque translatus B. — 3b, 1 laetus B. — 3b, 2 tibi nunquam B. — 4b, 2  
de procellis B. — 4b, 3 Portum vitae attingo B. — 5a, 1 o fehlt B. —  
5b, 1 Mox abiit in B. — 5b, 3 Filiis caris B. — 7a, 1 in fehlt B. — 7a, 3  
Augustinus B. — 7b, 1 Eia pie pater B. — 7b, 3 sq. te patronum eligimus  
B. — Diese abnorme Sequenz ist um so mehr von kulturhistorischem  
Interesse, da sie in verschlimmter Auflage ins gedruckte Missale von  
Agram wanderte:

### 208. De ss. Hippolyto et Cassiano.

1. Nitet Leucothea  
martyrum roseo  
perfusa sanguine
- 2 a. Hippoliti  
Cassianique,
- 3 a. Caelicam qui nunc simul  
aulam possidentque.\* \* \* \*
- 4 a. Alter vero \* \* \* \* doctor exstitit
- 5 a. Quem livor pristinus  
truculentis
- 6 a. Nam pueris,  
quibus praererat magister,
- 2 b. Quos sors iunxit,  
tellus divisit,
- 3 b. Alter namque  
Roma editus,
- \* 4 b. Corneliensium nam  
urbis praefulgidae.
- 5 b. Saeve laniavit  
cum stimulis.
- 6 b. Puniendus  
datus est [hic] crudeliter.

7 a. Qui stilis membra  
perforant, tabulis  
namque caput collidunt.  
Mille fossus plagis  
sic felicem vehitur  
ad aedem poli summam.

7 b. Te [nunc] quaesumus,  
benigne martyr, ut  
preces sumas denique  
Horum, qui iugiter  
tua credunt se posse  
prece sancta salvari

8. Apud Deum.

Grad. et Tropar. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 128 (B III 18). — 1, 3 perfusu. — 6a, 2 praefuerat. — 6b, 1 sq. Puniendum doctus est. — 7a, 5 sit felicem vexitur. — 7a, 6 polis. — 7b, 3 preces suma. — 7b, 6 salvare.

209. De sancto Hyacintho.

1 a. Funde de caelestibus,  
Hiacynthe, sedibus  
Quid, quo fulges, luminis,

1 b. Cum te magnis vocibus  
Invocamus precibus,  
Nostri splendor ordinis.

2 a. Tu contemptis opibus  
Et fluxis honoribus  
Petisti caelestia.

2 b. Tu coruscas lumine  
Et beato flamine  
Adflatus per patriam.

3 a. Verbo fidem praedicasti,  
Magnis signis coruscasti,  
Ut lumen ecclesiae,

3 b. Caecis, claudis, surdis, mutis  
Sanitati restitutis  
Magno dono gratiae.

4 a. Dum sagitta fluvius  
Effluebat ocius  
Ventis et aeriis,

4 b. Strata veste saepius  
Tibi fuit pervius,  
Pervius et aliis.

5 a. Fratres Deum collaudantes  
Te sequuntur, admirantes  
Impressis vestigiis. \* \* \*

5 b. Tua prece plurima  
Remigravit anima  
E carcere stygio.

6 a. Te virgo sanctissima  
Monuit gratissima  
Esse vota filio.

6 b. Sacro die assumptionis  
Binis scandis cum coronis  
Doctoris et virginis.

7 a. O pater sanctissime,  
O virgo purissime,  
Tuis assis filiis.

7 b. Tu, doctor doctissime,  
Tu, Deo carissime,  
Assis in angustiis.

8. Tuis meritis tuere  
Nosque posce congaudere  
Sempiternis gaudiis.

Antiph. ms. S. Katharinae Divodurensis saec. 14. Cod. Vatican. s. n. (ol. 122 bis.) add. saec. 15/16. A. — Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1600. B. — Miss. Praedicatorum imp. Romae 1639. C. — 1b, 1 Dum BC. — 2b, 1 coruscus BC. — 3b, 2 sanitatem A. — 4a, 3 et turbinibus C. — 5b, 2 remigavit A. — 6b, 2 Pius scandis A. — 7a, 2 purrissima A.

210. De sancto Iacobo.

- |                                                                                       |                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Hodierne lux diei<br>Iacobo det Zebedaei<br>Votiva sollemnia.                    | 1 b. Immolemus, licet rei,<br>Modulando servo Dei<br>Laudis sacrificia.         |
| 2 a. Inhaerendo Christo regi<br>Dum constanter novae legi<br>Fundit testimonia,       | 2 b. Synagoga debacchatur,<br>Ab Herode trucidatur,<br>Sic migrat ad gaudia.    |
| 3 a. Mox a suis Ioppem fertur,<br>Hinc ab isdem dum transfertur,<br>Applicat in Iria. | 3 b. Pavet, ovis sub figmento<br>Lupi plena condimento,<br>De vectis Luparia.   |
| 4 a. Rege necem moliente<br>Unda paecludit repente<br>Sequentum vestigia.             | 4 b. Colla boum mansuescant,<br>Signis visis emollescant<br>Matronae paecordia. |
| 5 a. Illustratur sacro rore<br>Iacobique in honore<br>Consecrantur praedia.           | 5 b. Hoc patrono, vitae dono,<br>Isto duce, vera luce<br>Fruamur in gloria.     |

Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (13). — Trop. et Sequent. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20). B. — Grad. ms. Civitatense saec. 14 in. Cod. Civitaten. LVIII. C. — 4a, 1 Regem A. — 5b, 2 dulce AB. — Melodie: Mariensequenz gleichen Anfangs.

211. De sancto Ianuario.

- |                                                                                           |                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Salve pater, praesul summe,<br>Gregis Christi pastor alme,<br>Noster Ianuarie.       | 1 b. Salve, victor gloriosus,<br>Martyr constans, vigorosus<br>Fidei certamine.       |
| 2 a. Salve miles, vincens monstra,<br>Ignem, plagas, mortis castra,<br>Nervorum excidium. | 2 b. Salve, lumen veritatis,<br>Amor vemens caritatis,<br>Fidei auxilium.             |
| 3 a. Salve, consul bellatorum,<br>Robur, virtus sociorum<br>Pro Christo certantium.       | 3 b. Salve, norma sanctitatis,<br>Sidus splendens, bonitatis<br>Et virtutum specimen. |
| 4 a. Salve, decus angelorum,<br>Honor summus compresorum<br>Supernorum civium.            | 4 b. Salve, salus peccatorum,<br>Tutor grandis subditorum<br>Beneventi civium.        |
| 5 a. Salve, rector nostrae urbis,<br>In qua iaces, manes, dormis<br>Corpo, Parthenopae;   | 5 b. Cives ergo tu intende<br>Tuos cunctos et defende<br>Ab omni periculo,            |
| 6. Ut salvati possint tuti<br>Et in caeli loco laeti<br>Fieri per gloriam.                |                                                                                       |

Miss. ms. Minorum Melitensium anni 1506. Cod. Vatic. Ottob. 221. — 1b, 3 certaminis. — 2a, 1 vincens nostra. — 2a, 2 plangas. — 2a, 3 Et. — 2b, 2 Amor veniens (vemens = vehemens?). — 5a, 1 nostrae verbis. — 6, 1 Et; tute. — 6, 2 caelo loci lacte.

212. De sancto Ioachim.

- |                             |                            |
|-----------------------------|----------------------------|
| 1 a. Benedictus             | 1 b. Ex te clara           |
| Es caelorum reginae         | Maris stella formatur,     |
| Genitor, prolis divinae     | De qua mire generatur      |
| Matris, regis gloriae.      | Christus, sol iustitiae.   |
| 2 a. Patriarcharum,         | 2 b. Ex te matrona         |
| Prophetarum et regum        | Digna, sterilis Anna,      |
| Simul et sacerdotum         | Vas plenum caeli manna     |
| Sacra stirps te genuit.     | Donum Dei concepit.        |
| 3 a. Hoc vas honoris        | 3 b. Sanctificavit         |
| Pietas factoris,            | Sanctumque servavit        |
| Ut mater esset salvatoris,  | Atque in bonis confirmavit |
| Cuius erat filia,           | Summa providentia.         |
| 4. Nunc, pater, exora natam |                            |
| Super choros elevatam,      |                            |
| Ut vitam iustis paratam     |                            |
| Impetret in patria.         |                            |

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 1a, 3 et prolis. — 1a, 4 Ave regis. — 1b, 2 Maria. — 2a, 2 et fehlt. — 2a, 4 stirpe genitus (gegen den Reim). — 2b, 2 Sterilis Anna dignum (gegen den Reim). — 3b, 2 que fehlt. — 3b, 3 Et in. — 4, 3 praeparatam. — Aus der gleichen Quelle Anal. Bolland. VI, 398. — Als Vorlage diente offenbar die Sequenz: Benedicta es caelorum regina.

213. De sancto Iohanne Baptista.

- |                        |                           |
|------------------------|---------------------------|
| 1. Alme mundi          |                           |
| 2 a. Rex, Christe, qui | 2 b. Tu gubernas          |
| regis saecula          | astræ supra               |
| et arva                | marisque                  |
| sataque cuncta.        | habitaculum.              |
| 3 a. Ipse es,          | 3 b. Qui facis            |
| qui vocaris            | prisca nobis              |
| alpha et omega,        | praesentia,               |
| Initium et finis,      | Quaesumus, ut concedas,   |
| lapis quadrus          | cui superni               |
| angularis              | chori canunt              |
| et concordia.          | te laudantia,             |
| 4 a. Per suffragia     | 4 b. Qui inter vates      |
| praecursoris           | solus maior               |
| tui atque baptistae,   | manet plus quam propheta, |

- |                                                        |   |                                                |
|--------------------------------------------------------|---|------------------------------------------------|
| 5 a. Una cum illo<br>angelico agmine                   | * | 5 b. Iam nunc omnis turba<br>* fidei subiecta  |
| Tuum mirabile<br>collaudare nomen                      | * | * levet in excelsa                             |
| valeat phalanx nostra.                                 | * | * canoraque sancta<br>Domino dicentia:         |
| 6 a. Dignus es accipere laudes,<br>cui canunt Cherubim |   | 6 b. Alleluia, alleluia,<br>hagie rex aeterne, |
| 7 a. Qui solus regnas cum<br>patre et paraclito        |   | 7 b. Per immortalia<br>saeculorum saecula.     |

8. Amen dicant omnia.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Angelic. B III 18 (123). A. — Grad. ms. Raveunatense saec. 11. Cod. Capit. Patavini A 47. B. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Vitt. Em. 1343 (Sessor 62). C. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11/12. Cod. Casanaten. C IV 2 (1741). D. — Grad. ms. Patavinum saec. 14/15. Cod. Capit. Patavini B 16\*. E. — Grad. ms. S. Petri Patavini saec. 15. in. Cod. Capit. Patavini A 20\*. F. — Steht auch im Trop. et Sequent ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod Capit. Veronen. CVII (100).

2b, 4 habitaculum A. — 3a, 1 est A. — 3a. 5 quadrus CD. — 3b, 5 quae supernus EF. — 3b, 6 chorus canunt EF. — 3b, 7 te laudantes in saecula A. — Nach Str. 3b schiebt A ein:

|                    |               |
|--------------------|---------------|
| O beate            | Intercede     |
| Iohannes           | pro nobis     |
| Baptista,          | ad Deum       |
| praecursor Domini, | omnipotentem. |

5a, 2 angelica agmina BCD; angelico agmina A. — 5a, 3 Tu mirabilem A. — 5a, 5 fallax A. — 5b, 3 excenso AD. — 5b, 4 canticaque C. — 5b, 4 sancto C. — 6b, 1 laudem B. — 6b, 2 ave rex A. — 8 Blos Amen B.

214. In Nativitate s. Iohannis Baptiste.

1. Nativitatis  
colamus debito sacra

- |                                                                                                                  |                                                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Iohannis Baptiste,<br>martyris et<br>praeconis, festa.                                                      | 2 b. Quem insignis veni-<br>ens nuntius<br>arce stellata                                                              |
| 3 a. Praedixit ponenti<br>sacrificia<br>nascendum fore patri<br>iusto, comptum<br>virtutibus,<br>ex matre sacra. | 3 b. Cuius ingenitus<br>fovens viscera<br>adventum Christi sensit,<br>exultando<br>propheticum<br>signum demonstrans. |
| 4 a. Qui multis fecit editus<br>gaudia,<br>dum patris linguam                                                    | 4 b. Enodavit, quam nexuit<br>angelus<br>contemptus causa.                                                            |

- 5 a. Hunc redemptor noster                    5 b. Extulit maximum  
 laude praecipua                                    prophetarum vocans,  
 6. Mira fultum gratia.  
 7 a. Divinum                                        7 b. Hinc maior  
 haec verbum vox praecesserat,                    inter natos claruerat.  
 8 a. Quapropter devotee  
 mentis promamus organa                            8 b. Pangentes in laude  
 dulcia huius cantica,  
 9. Precem dantes sedulam,  
 10 a. Ut cordis nostri  
 rectam patret semitam.                            10 b. In qua Christi poni  
 dignentur vestigia.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123  
 (B III 18). A. — Grad. ms. Modoetinum saec. 12. Cod. Modoetin. K 11. B. —  
 1, 2 delitos A. — 2 a, 3 feste A. — 3 a, 1 ponendi A. — 3 a, 3 nasiturn  
 B; fores patris A. — 3 a, 4 iusto cum tu. — 3 a, 6 sancta B. — 3 b, 1 sq.  
 fovens ingenitus AB. — 3 b, 6 demonstra A. — 4 a, 3 lingua A. — 5 a, 2  
 laudat A. — 5 b, 1 Keine Initiale A. — 6 Keine Initiale B; Klausel 6 ist  
 parallel zu 9. — 7 a, 2 hoc B. — 7 b, 2 inter creatos A. — 8 a, 1 Quam-  
 propter A, mente devota B. — 9 Praecedentem sedula A; Initiale fehlt B. —  
 10 a, 1 cordi A. — 10 a, 2 patrat B, patris A. — 10 b, 2 dignantur A. —  
 B enthält die Melodie; danach haben Klausel 6 u. 9 den gleichen Choral,  
 ein ziemlich einzig dastehendes Beispiel dieser Art.

**215. In Nativitate s. Iohannis Baptistae.**

- 1 a. Nobis orta praecursoris  
     Exortu laetitia;  
 2 a. Nuntiatur Christus matri,  
     Nuntiatur iste patri  
     Ab eodem nuntio;  
 3 a. Virgo credens fecundatur,  
     Verbum verbo concepit.  
 4 a. Hic dubitans  
     mutus efficitur;  
 4 c. Verbum votis  
     in muto solvitur.  
 5 a. Non hic lux est, sed lucerna,  
     Christus verbum lux aeterna,  
     Lux illustrans omnia.  
 6 a. Vitans urbes et oppida  
     Deserti colit arida,  
     Pellis praecinctus zona;  
 7 a. Nullo vitae luxu victus,  
     Sed et eius fuit victus  
     Mel silvestre cum locusta;

1 b. Sonent foris laudes oris,  
     Cordis in praecordia.  
 2 b. Nam Gabriel ad Mariam  
     Destinandus Zachariam  
     Visitat eloquio.  
 3 b. Hic in verbo condemnatur,  
     Dum verbum non suscipit.  
 4 b. Dum vox verbi  
     de muto nascitur,  
 5 b. Verbum praeit verbi praeco,  
     Verbum docet verbum, de quo  
     Manant lux et gratia.  
 6 b. Elias est in spiritu,  
     Victu, verbis et habitu,  
     Sed alter in persona.  
 7 b. Indumentum huic camelus,  
     Aqua potus, fovens zelus,  
     Sermo rectus, vita iusta.

- 8 a. Non dicendus est propheta,  
Prophetiae legis meta  
Praesens agnum indicat;

8 b. Paronymphus et baptista,  
Virgo, doctor, agonista  
Fructum vitae replicat.

9 a. Hic est magnus teste Christo,  
Non surrexit maior isto  
Natus ex muliere.

9 b. Trina sancti laus paeconis,  
Nam qui trinus in coronis,  
Dignus trino munere.

10. Hunc ut digne collaudemus,  
Laudes eius triplicemus  
Corde, verbo, opere.

Grad. ms. Benedictinum saec. 15. Cod. Mutinen. Esten. XII L 8. —  
1b. 1 laudent. — 5b. 3 Manent. — 7b. 1 hunc.

### 216. In decollatione s. Iohannis Baptistae.

- |      |                                                                                     |      |                                                                                 |
|------|-------------------------------------------------------------------------------------|------|---------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. | In deserto vox clamantis<br>Viam verbi demonstrantis<br>Veneratur hodie.            | 1 b. | Opem cuius imploramus,<br>Ipsi voces extollamus<br>Canticum laetitiae.          |
| 2 a. | Hunc, cum sponsi sit amicus<br>Plus quam vates, rex iniquus<br>Mancipat custodiae.  | 2 b. | A profano religatur,<br>Dum incestum exsecratur<br>Coniugis nefariae.           |
| 3 a. | Necis virus scortum struit,<br>Lictor ferit, insons ruit<br>Culpae carens carie.    | 3 b. | Novae dapes eruentatae<br>Mensis disco sunt allatae<br>Ministrante rabie.       |
| 4 a. | En, caelestis a scelesto<br>Sic occumbit et funesto,<br>Praeco cedit gratiae.       | 4 b. | Saevit furor, ius turbatur,<br>Non est, qui compatiatur<br>Iusto vel iustitiae. |
| 5 a. | Beat sanctum trinus fructus,<br>Transit clamor atque luctus<br>Praesentis miseriae. | 5 b. | Apud ipsum, quo beatus<br>Gustans gaudet laureatus<br>Sit precator veniae.      |

Grad. et Sequent. ms. Unterlindense saec. 14. Cod. Colmarien. 312. A. —  
Grad. et Sequent. ms. Unterlindense saec. 14. Cod. Colmarien. 317. B. —  
Nach Ausweis des Akristichons „Iohaunes Ba[ptista]“ scheinen 6 Halbstrophen zu fehlen.

217. De s. Iohanne Evangelista.

- |      |                                                                                                            |      |                                                                                                  |
|------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. | Laus, gloria,<br>virtus et gratia<br>salusque aeterna,                                                     | 1 b. | Christe, tua<br>sint atque maneant<br>bona quaeque cuncta.                                       |
| 2 a. | Qui carnem<br>de virgine assumpseras,<br>integritatis aulam<br>matrem quoque servaveras<br>incontaminatam, | 2 b. | Iohannem<br>custodieras virginem<br>verbi huius arcana<br>reserare apostolum<br>et evangelistam. |

- 3 a. Nam nuptiarum  
hic sponsalia  
spreverat iam copta,  
~~~~~
- 4 a. Cum transmutatae
faciei tuam ipsis
angelorum
choris reverendam
ostendisti gloriam,
~~~~~
- 5 a. Et matrem  
in cruce tuam  
accepit tuendam.  
~~~~~
- 6 a. Qui Pathmos insula
exsulaverat,
~~~~~
- 7 a. Pollebat diu  
multa operans miracula,
- 3 b. Dehinc secundo  
navim, retia  
et iura paterna,  
~~~~~
- 4 b. Et supra pectus
tuam infra cenam pausans,
unde larga,
quae sparsurus erat,
epotavit mystica,
~~~~~
- 5 b. Felix, quem  
sic volueras,  
donec advenias,  
*manere.*
- 6 b. Dum ei plurima  
revelaveras  
*inibi mysteria.*
- 7 b. Pro quibus, Christe,  
nostra iubilet melodia.

8. Semper sit laus tibi summa.

Grad. ms. Boscoducense saec. 15. Cod. Arch. S. Iohannis Boscoducen.  
s. n. A. — Miss. ms. Leodiense saec. 15. Cod. Vatican. 3808. B. — Miss.  
Leodiense imp. Delf s. a. (1485). C. — 4a, 1 sq. transmutata facie tuam  
ipsius B. — 6a, 1 exsulaveras BC. — 6b, 3 verbi mysteria B. — 8 tibi  
laus C. — Die Melodie bietet A; wie der Text in den Silben, so zeigt auch  
diese in den Noten bei Str. 5b und 6b einen Überschufs. Von Interesse ist  
es, die Sequenzen „Christi sacra serenat“ (Anal. VII, Nr. 22) und „Da  
camoena nunc sonora“ (Anal. VII, Nr. 145) zu vergleichen. Beide sind  
sichtlich wie die vorstehende nach dem gleichen Schema gebaut, differieren  
aber alle drei bei sonstiger Gleichheit in den Strophen 5 u. 6.

## 218. De sancto Iohanne Evangelista.

### 1. Arcano

- 2 a. Rivulo  
sumamus pulchrum syntagma
- 3 a. Beato  
Iohanni divinitus  
porrecta ac habita.
- Thalamo  
nam vocans sancta  
martyres facundia:
- 4 a. „Quis est, qui te  
tradet“? hunc interrogat.
- 2 b. Ovantes  
in gratia nimis celsa,
- 3 b. Flos Iesse  
alma virgo advehit  
astralaxantem infima.
- Recumbens  
in cena sancta  
Dominii pectus supra
- 4 b. Huic fatur  
in passione sancta:

- 5 a. „Ecce nam mater tua“, clara et incontaminata,  
Per quam salvatur omnis creatura,
- 6 a. Verbum patris, cuius iussa
- 7 a. Qui [in]ebriatus sua lympha meruit fari sua lingua:
- 8 a. Et Deus verbum erat ante tempora aeternali gloria.
- 5 b. Quod ea plane alvo gestavit salvantem saecula,  
• • • •
- 6 b. Imitatur miles (ex)celsa.
- 7 b. Quod in principio erat verbum, et verbum erat apud Deum,
- 8 b. Athleta cantans aula magna, postula caeli nobis praemia.

Miss. ms. Praedicatorum Lugdunensium saec. 14. Cod. Capit. Lugdunen.  
A 6. A. — Miss. Lugdunense imp. Lugduni 1500. B. — Miss. Lugdunense imp. Lugduni 1510. C. — 2b, 2 excelsa C. — 3b, 4 Qui ABC. — 4a, 2 interroga ABC. — 6a, 1 O verbum AB. — 8b, 3 cedens ABC. — Mangels einer Melodie bleibt die Strophenabteilung problematisch.

219. De s. Iohanne ante Portam Latinam.

- 1 a. Veneremur mundo datum,  
Ore Dei figuratum  
Iohannem per aquilam.
- 2 a. Dum inspectat rotam solis,  
Quae debetur tribus solis,  
Virtus, honor, gloria,
- 3 a. Cum recumbit supra pectus,  
Caeli manna est refectus  
Christi matris baiulus.
- 4 a. Sonum trinum modulavit,  
Per quem alta complanavit  
Et direxit devia.
- 5 a. Nam in penna cherubina  
Et in lingua seraphina  
Legem evangelicam
- 6 a. Hic est flumen, quod manavit  
Paradiso, irrigavit  
Terrae sparsa semina.
- 7 a. Fragrat carne plus quam rosa  
Et quam murra odorosa,  
Speculum munditiae;
- 8 a. Plus quam sol et luna plena  
Et quam stella matutina  
Mens eius emicuit.
- 1 b. Celsa scandit per volatum,  
Mira promit per boatum  
Tubae, vocem iubilam.
- 2 b. Monstrat mundo miris sonis  
Unum esse in personis  
Atque tria propria.
- 3 b. Hic a Deo est electus  
Virgo atque praedilectus  
Dei patris iubilus.
- 4 b. Canon atque prophetia  
Atque caeli recta via  
Fit per eum pervia.
- 5 b. Profert tubae voce trina,  
Per quam pellit vis divina  
Pestem diabolicam.
- 6 b. Omnem orbem fecundavit,  
Aurum, gemmas generavit  
Et cuncta genimina.
- 7 b. Vitis florens et frondosa  
Et oliva speciosa,  
Cedrus pudicitiae.
- 8 b. Non laedebant hunc venena,  
Nec urebat tina plena  
Olei, dum ferbuit.

- 9 a. Multis vitam restauravit,  
Drusianam suscitavit;  
Sed confectum senio  
10 a. Dum in tumba ponebatur,  
Nox obscura lustrabatur,  
Et manna scaturiit.
- 9 b. Christus eum visitavit,  
Inter fratres collocavit  
In suo convivio.  
10 b. Iam ad regnum dum vocatur,  
Fac, Deus, ut reducatur,  
Qui te invocaverit.

Sequentiarium ms. Praedicatorum saec. <sup>15/16</sup>. Cod. Praedicat. Cracovien. s. n. A. — Miss. ms. Praedicatorum Hispanicum saec. 16. Cod. Vatican. 5590. B. — Miss. Praedicatorum imp. 15\*\* (unvollständiges Exemplar) C. — Miss. Praedicatorum. imp. Parisiis 1517 D. — Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523 E. — 4b, 2 Et quae ABCDE. — 5a, 1 poena C. — 5b, 1 voce plena ABCDE. — 8b, 3 Oleum C. — 9a, 3 confectu A. — 10b, 2 revocatur D. — Gleiche Melodie wie: Dulce melos cum concentu. — Cfr. Klemming III, 90.

### 220. De ss. Iusta et Rufina.

- 1 a. Divina caeli agmina  
Decorant, dictant carmina  
De te, sponsa, per nomina.  
2 a. Alta, sublimis aethere,  
Sponsa coniuncta foedere  
Iustae, Rufinae tempore.  
3 a. Sicut caro Deo data  
Virginum est copulata,  
Sic fis Christo desponsata;  
4 a. Sicut ipsis virginalis  
Decor serta est regalis,  
Tu corona principalis.  
5 a. Illae fluunt lac decorum  
Virginalem ante thorum,  
Tu doctrinam sacram morum.
- 1 b. Te Sedem dici decuit,  
Te cathedram instituit  
Rex, qui in te complacuit.  
2 b. Amoenitate fluvius,  
Lux, de qua micat radius  
Nascens, lustrans in melius.  
3 b. Sicut requie divina  
Sistunt Iusta et Rufina,  
Sic tu, Sedes caelestina.  
4 b. Iusta scandit principatu,  
Rufina alte senatu,  
Tu archiepiscopatu.  
5 b. O sublimis imperatrix  
Virginumque imitatrix,  
Sis in caelis collocatrix

### 6. In laetitia et exsultatione.

Brev. Caesaraugustanum imp. Venetiis 1496. — Dort verzeichnet als Prosella. — 3a, 1 Dicit. — 3b, 1 requies. — 4a, 1 ipsius. — 4a, 2 certa; serta bier als sing. f. g. gebraucht. — 5a, 2 Virginale. — Zum Verständnis sei bemerkt, dass in der ganzen Sequenz mit nationaler Begeisterung die Kathedrale Zaragoza's angeredet ist. La Seo (Sedes — 1b, 1) heißt die Kathedrale dieser Stadt.

### 221. De sancta Iustina.

1. In hac sacra sollemnia  
voces in astra resonent,  
2 a. Ut cuncti consequi  
in sanctis suis  
possimus magnalia Dei.
- 2 b. Qui sexum fragilem  
in sanctissima  
pervicit contra tyrannidem,

- |                                                                                                               |                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Cum ab ineunte<br>aetate<br><i>gratia</i><br>Iustinam<br>perfuderat mira,                                | 3 b. Ut inter coaevas<br>effulgens<br>~~~~~<br>nominata<br>sit quam immerita.            |
| 4 a. Nam claruit<br>fama magis et vita;                                                                       | 4 b. Perfloruit<br>virgo martyr in Christo.                                              |
| 5 a. In quem iugis intenta<br>Maximianum<br>agressa est victoria,                                             | 5 b. Quo Patavium sacravit,<br>caelum ornavit<br>inimicumque expulit.                    |
| 6 a. O virgo clarissima,<br>pro nobis ora,<br>quae tanta<br>astrueris<br>laude per saecula,                   | 6 b. Quo caste, iuste, pie<br>vivamus aevo<br>in isto,<br>ut purgati<br>reddamur Domino. |
| 7 a. Ab hoste quadruplici<br>precibus nos libera,                                                             | 7 b. Ad Deum septemplici<br>munere nos vegeta.                                           |
| 8 a. Qui in te sperant,<br>ne deseras,<br>~~~~~<br>8 b. A malis cunctis<br>eripias<br><i>in miraculum.</i>    |                                                                                          |
| 9 a. Tuosque salves,<br>regas, confirmes;<br>~~~~~<br>9 b. Celebres micent<br>hic et in aevum<br>claritudine, |                                                                                          |

Grad. ms. S. Petri Patavini saec. 15. in. Cod. Capit. Patavin. A 20\*. — 2 a, 1 Et cunctis. — 2 b, 3 pervicit = vincere fecit. — 3 a, 4 Iustina. — 3 b, 4 nominator; in der Melodie entspricht „nominata“ dem gegenüberstehenden „Iustinam“, verdoppelt aber die erste Note. — 3 b, 5 immerita hier = innocens. — 5 b, 1 Patavi. — 7 b, 2 vegetat. — 8 a, 1 sperat. — Ohne Melodie könnte man geneigt sein, die Klauseln 8 u. 9 anders zu gruppieren, zumal da 8 b, 3 u. 9 b, 3 gleich viele Silben haben; in der Melodie sind sie verschieden und verlangen die vorgelegte Gliederung.

## 222. De sancto Ivone.

- |                                                                      |                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Laetabundus<br>Moduletur melos mundus,<br>Alleluia.             | 1 b. Sol secundus<br>Mundo micat mire mundus,<br>Vitae via,        |
| 2 a. Quo, cui laus promitur,<br>Britannia nascitur<br>Sol de stella. | 2 b. Non eclipsim patitur,<br>Nitet et immittitur<br>Carnis bella. |
| 3 a. Ut sol hemisphaerium,<br>Lustrat clima patrium<br>Pari forma;   | 3 b. Per virtutis radium<br>Fugat nubes cordium<br>Vitae norma.    |

- 4 a. Hic sole sublimius  
Miris fulget actibus  
Nostra valle;
- 5 a. Per hunc muti garriunt,  
Manci, claudi saliunt,  
Lumina deficiunt  
Esse caeca.
- 6 a. Ivo, qui munera  
Procuras supera,  
Quo reformatur  
gens misera,
- 4 b. Partum parat matribus,  
Portum navigantibus  
Recto calle.
- 5 b. Furibundi sapiunt,  
Mors et morbi fugiunt,  
Se[n]sus] se reficiunt  
Caeli theca.
- 6 b. Nos super aethera  
Sumi trans sidera  
Fac cum virgine  
puerpera.

Miss. ms. Carnotense saec. 14/15. Cod. Carnoten. 523. — 2a, 1 promittitur. — 3b, 2 nubes radium. — 3b, 3 Viae. — 5a, 2 Manti claudi caliunt. — 5b, 3 se resitiunt. — Melodie natürlich: Laetabundus.

### 223. De sancto Karolo Magno.

- 1 a. In Karoli magni laude  
Voce, voto, manu plaudere  
Regalis ecclesia;
- 2 a. Imperator Romanorum  
Exstitit et rex Francorum  
Dei providentia.
- 3 a. Hispaniam subiugavit  
Sicut gigas et fugavit  
Cultum idolatriae.
- 4 a. Matri Christi fecit aedem,  
Regni sedem et heredem  
In magnificentia,
- 5 a. Post hoc regnum temporale  
Regnum capit immortale  
Cum sanctis in patria.
- 6 a. Amen dicat iste chorus,  
Ut corona sit decorus  
In caelesti curia.
- 1 b. Pium lauda confessorem,  
Legis Dei defensorem  
Celebri melodia.
- 2 b. Ecclesiam sublimavit,  
Hanc adiutus gubernavit  
Divina potentia.
- 3 b. Saxoniam debellavit  
Et ad fidem revocavit  
Idolatras patriae.
- 4 b. Quam a papa consecratam  
Sui facit decoratam  
Corporis praesentia.
- 5 b. Hoc imploret princeps iste,  
Ut regnare tecum, Christe,  
Possimus in gloria.
- 6 b. Chorus iste dicat Amen,  
Ut iucundum post examen  
Decantet Alleluia.

Grad. ms. Arnoldi saec. 13. in. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. A. —  
Grad. ms. Aquisgranense saec. 13. Cod. Bruxellen. Arenbergen. 9. B. —  
Melodie: Hodieerna lux diei.

### 224. De sancta Katharina.

- 1 a. Architriclina,  
Summo de fonte propina  
Oleum, lac, vina,  
De trino trina.
- 1 b. Lac est doctrina  
Iesu, sanguis Christi vina,  
Oleum de Sina  
Est gratia divina.

- 2 a. Lac, cuius piscina  
Nos a sentina  
Solvat et a spina  
Culpae, corda pascat agnina,  
Praesta, Costi nata, Katharina.
- 2 b. Vinum, columbina  
Quo rubet gena,  
Pallet serpentina,  
Est sanguis Christi, medicina.  
Qua restauratur caeli ruina.
- 3 a. Spongia, sponsa,  
olei (tu) placa sponsum,  
Ut det pium responsum  
Nardum potentibus,  
Caelum pulsantibus.
- 3 b. Aperi Christo  
die isto omnium  
Preces, victrix hostium,  
Esto robur dementibus,  
Solamen flentibus.
- 4 a. Tu duodenis  
stellis es circumpicta,  
Sole amicta,  
Dicta benedicta  
Calcansque cum luna  
omnium delicta.
- 4 b. Audi, filia,  
grates, exaudi fratres,  
Aduiva patres,  
Consolare matres,  
Quae propter idola  
ficta es afficta.
- 5 a. Ingeniola  
Tu regis decora  
es filiola,  
Tuae mentis mira  
scientiola,  
Quae sine mora  
Vatum commutat ora  
Prostrata; omni hora  
Ut humiliter  
Sponso iungamur, ora,  
Commorando aeternaliter.
- 5 b. Inviolata  
Virgo, regis ira  
es immolata  
Una cum regina;  
ut radiata  
Stella, puella,  
Locaris caeli cella,  
Proiectus cum sit ex illa  
Digne lucifer;  
Ipsum semper debella  
Opem ferens liberaliter.
- 6 a. Grave edictum  
Virgae per tactum  
Muta, tu in thronis  
Veri  
Assueri,  
De summis donis  
Salomonis.  
Regem Maxentium  
Contrivit sancta  
iuncta caeli colonis.
- 6 b. Cordis duc (in) hortum  
Nostrum dilectum  
Ac signati fontis  
Hydriam  
Flecte sanctis,  
Utrem iumentis  
Praebe cunctis;  
Iugum Pharaonis  
Solve, frange vincla  
regis Babylonis.
- 7 a. Audi nos,  
Nam te salvator  
nihil negans honorat.
- 7 b. Salva nos,  
Iesu, pro quibus  
Katharina te orat.
- 8 a. Da fontem boni visere,  
Da puros mentis oculos  
in te defigere,
- 8 b. Quo haustu sapientiae  
Saporem vitae valeat  
mens intellegere.

9 a. Quia pro fide Christi  
fudisti  
Oleum, lac, sanguinem  
in poenis,

9 b. Mel, lac ex eius ore  
sumpsisti,  
Sanguis eius ornat te  
in genis.

10. Nos ornet tecum dicens:  
Qui manducat carnem meam  
et sanguinem meum bibit,  
manet in me,  
mecum per me  
vere et ego in eo.

Grad. ms. S. Gereonis Coloniensis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Colonien.  
VI 5. — 2a, 5 Praesto. — 3b. 2 sq. preces omnium die isto. — 4a, 5 sq.  
Calca cum luna omniumque. — 5b, 5 radiosa (gegen den Reim). — 6b, 6  
Et iumentis utrem. — Die Unebenheiten im Sinne und Reime bei Klausel  
6a und 6b lassen vermuten, dass der Text hier verderbt ist. — 9a, 2 effu-  
disti. — Melodie: Ave praeclara maris stella, aber mit einigen Änder-  
ungen. Vgl. die folgende Sequenz.

### 225. De sancta Katharina.

1. Ave, praeclara  
virgo gnara  
et doctrix gentium,  
sancta Katharina.

2 a. Euge, Dei sponsa,  
mundi absconsa,  
Costi regis nata,  
ad Christum, regem caelorum,  
advocata  
sis, quae sumus, grata.

2 b. Virgo, decus poli,  
coniuncta soli,  
castae matris proli,  
tu, pietatis alumna,  
mersos in aerumna  
nos spernere noli.

3 a. Te plenam fide  
attendentes homicidae,  
idolorum cultores,  
edocti Domino  
vovent oboedire.

3 b. Te lignum vitae  
• • • • •  
quo munita rhetores  
confundens, fidei  
suadens assentire.

4 a. Tu agnum regem  
colens, qui magnum gregem  
populi sanguine  
redemit, peremptum  
damno criminis, palam  
extulisti.

4 b. Tuque furentem  
ignem vetans urentem  
capillos laedere  
ac vestem caelestem  
coronamque credentibus  
spondisti.

- 5 a. Hinc gentium  
Alexandriae  
Maxentium  
regem valide  
mirum in modum  
victum adfatu  
confutat,  
caelibatum  
sub clausura dura  
caesa graviter  
servat; pravo ex fastu  
pastu privans sponsam Domini.
- 5 b. Hinc manna verum  
in ergastulo  
angelico  
ministerio  
admirantibus  
cunctis custodes  
testantur  
cum regina,  
esca fantur divina  
pulchram refici;  
ora, virgo, nos illo  
pane caeli dignos effici.
- 6 a. Fac fontem clarum,  
quae vim rotarum  
rumpis malignarum  
fusa prece  
et crudeli nece  
turbam perfidorum  
prosternis, quorum  
secta censuit  
in igne operari.
- 6 b. Fac igni sancto,  
pignore tanto,  
mentes inflammari,  
furibundi.  
sapientes mundi  
quo arsisse noscunt,  
qui nam deposcunt  
sancti spiritus  
virtute solidari.
- 7 a. Audi nos,  
nam te filius,  
pater matris, honorat.
- 7 b. Salva nos,  
Iesu, pro quibus  
Katharina te orat.
- 8 a. Da fontem boni visere,  
insontem agnum sedule  
in regno gloriae.
- 8 b. Quo viso vires animae  
dulcorem mentis caelice  
queant percipere.
9. Tandem ad nontem Sina  
scandere  
confer, sancta Katharina.

Orat. ms. Tegurinum anni 1500. Clm. Monacen. 20015. — 3 a, 5 vobvens. — 4 a, 2 que. — 4 a, 3 populo. — 5 a, 7 confutas. — Mel.: Ave prae-clara maris stella. Vgl. die vorhergehende Sequenz; während dort der Reim durchweg genau durchgeführt ist, tritt er hier mehr vereinzelt hervor.

## 226. De sancta Katharina.

- 1 a. In excelsis sine fine  
De triumpho Katherinae  
Agitur memoria;
- 1 b. Et nos coetu cum superno  
Die demus hodierno  
Laudes et paeonia,
- 2 a. Ut cum dies erit irae,  
Mereamur invenire  
Eius patrocinia,
- 2 b. Quae tyrannum superavit,  
Et reginam coronavit,  
Omni plena gratia.

- 3 a. Oratores confiteri  
Faciebat vias veri  
Virgo paris nescia.
- 3 b. Rotas fregit altiores,  
Quas convertit in terrores  
Deitatis gratia.
- 4 a. In tormenti poena fortis  
Non reliquit metu mortis  
Genitorem filia.
- 4 b. Ense caesa decollatur  
Et ad Sina deportatur  
Via viris invia.
- 5 a. Virgo sancta, tuae genti  
Passionem recolenti  
Desuper irradia;
- 5 b. Ora Christum, Deo grata,  
Ne involvant nos peccata  
Vel tempestas obvia.

Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20). A. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII. B. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXXIX. C. — Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (13). D. — Trop. et Sequent. ms. Aquiliense saec. 15. Cod. Seminarii Goritiensis. I. E. — 2b, 3 gratiae E. — 4a, 3 Genitore E.

227. De sancta Katharina.

- 1 a. Attollamus in hac die  
Extollendas laudes pie  
Katherinae virginis,
- 1 b. Commutantis morte brevi  
Vitam aeternalis aevi  
Regno vitae perpetis.
- 2 a. O quam mundi salvatricem,  
O quam caeli regnatrixem,  
[O quam Dei genetricem]  
Decet haec pedissequa!
- 2 b. Quam non vincunt blandimenta  
Nec terrores nec tormenta,  
Non sophorum argumenta,  
Non ars syllogistica.
- 3 a. Diris poenis haec addicta  
Vincit omnes, et invicta  
Manet eloquentia,  
Fide, patientia.
- 3 b. Morte cuius exquisitae  
Rota, serrae gladiique  
Eius collisa precibus,  
Quaternis mors furit milibus.
- 4 a. Per hanc grex philosophorum,  
Imperatrix plebs multorum,  
Cum coetu nobilium
- 4 b. Christo credunt et recedunt  
Ab errore, cum tremore  
A cultura daemonum.
- 5 a. Fiunt isti  
Testes Christi,  
Reverentur,  
Confitentur  
Ore, corde Dominum.
- 5 b. Pro quo torti  
Non absorpti  
Moriuntur,  
Sed nascuntur  
Caelo per martyrium.
- 6 a. Quos praemissos subsecuta  
Martyr hodie, soluta  
Ab aerumnis saeculi,
- 6 b. Caelum scandit Katherina;  
Eius corpus monti Sina  
Commendarunt angeli.

7 a. Cuius signo tumuli  
Liquor stillat olei,  
Quo sanantur languidi  
Huic supplicantes virginis.

7 b. Rex regum mirabilis,  
Fove nos suffragiis  
Huius mirae virginis  
Tuis donis mirificis.

Miss. ms. Hospit. S. Elisabeth saec. 14. Cod. Cathedral. Zagrabien. XXVIII.  
5. 314. — 1b, 1 Commentantes. — 3a, 2 sed invicta. — 3a, 3 Manet fehlt. —  
3b, 1 exquisita. — 3b, 2 Rotae ferrae. — 4a, 2 Imperatur. — 6a, 3 Ab  
eximiis.

228. De sancta Katharina.

1 a. Iesu regi  
caelestis curia  
Novas cantat  
laudes in gloria  
Katharinae  
data victoria  
De tyranno,  
et nunc ecclesia  
Gratulatur.

1 b. Haec regali  
orta progenie  
Regem quaerit  
in regni culmine  
Sibi sponsum,  
ut eius flamme  
Vincat, sponsus  
tali certamine  
Delectatur.

2 a. Eruditur  
sub annis teneris,  
Mores capit  
simul cum literis  
Et doctorum  
surgit in numeris  
Ac amore  
divini muneric  
Haec fulcitur.

2 b. Hanc exornat  
decora facies  
Nec non tota  
corporis species,  
Et virtutum  
simul congeries  
Huc accedit,  
haec eis requies  
Invenitur.

3 a. Rex libans diis  
hanc admiratur,  
Quae sic prudens ter  
id detestatur;  
Se conclusurum  
illam minatur  
Philosophorum  
ope, sed datur  
Virtus blanda.

3 b. Syllogizatur  
haec confidenter,  
Argumentatur  
sic sapienter,  
Quod hi pro Christo  
ignem ardenter  
Ferunt, servantur  
vestes potenter,  
Res miranda.

4 a. Spernit opes,  
blandiri non curat,  
Oblato sceptro  
aures obturat;  
Rex flagella  
inferre maturat,  
Sed prudens virgo  
constanter durat  
Nec mutatur.

4 b. Iussu regis  
sancta compeditur,  
Ne escam sumat,  
haec custoditur,  
Certis diebus  
sed et largitur  
Cibum columba,  
ex quo nutritur  
Et firmatur.

- 5 a. Adnuit custos  
munere ductus,  
Nocte Porphyri-  
us est inductus  
Et regis uxor,  
sic omnis luctus  
Cessat, propinat  
haec virgo fructus,  
Quos mirantur.
- 6 a. Iam impletis  
bis diebus senis  
Se adesse  
promittit in poenis  
Iesus, locis  
post scandit amoenis,  
Videt virgo  
oculis serenis  
Ascendentem.
- 7 a. Regem uxor  
viso prodigo  
Detestatur,  
rex cum suspirio  
Mamas tolli  
iubet martyrio,  
Ferro caput,  
sic Dei filio  
Copulatur.
- 8 a. His occisis  
sanctam decollari  
Iubet nequam;  
virgo singulari  
Dono potest  
eunctis prosperari,  
Dei voce  
illam praestolari  
Confitemur.
- 5 b. Hic lux in nocte  
fulget caelestis,  
Odor suavis  
spirat modestis,  
Credunt et gaudent  
pulsis funestis,  
Cum his ducenti,  
qui cum honestis  
Deputantur.
- 6 b. Gaudet sancta,  
rex est in furore,  
Katharina  
rotarum stridore  
Non terretur,  
angelus fragore  
Frangit rotas,  
perdit in terrore  
Pravam gentem.
- 7 b. Reddit arma  
regi Porphyrius  
Et ducenti  
et copiosius,  
Ut triumphant,  
quos rex maturius  
Mori iubet;  
vita in melius  
Commutatur.
- 8 b. Lac emanat  
cervice praecisa,  
Corpus fertur  
in tumba excisa  
Sina monte,  
hic membra elisa  
Sanat liquor,  
regna sunt gavisa,  
Gratulemur.

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n. — 3 a, 8 sed non. — 8 b, 7 Sanat lictor.

## 229. De sancta Katharina.

1. In Domino gloriari  
Claro decet exemplari  
Katharina praevia.
- 2 a. Non a semet commendari  
Deo teste sed probari  
Salubris est gloria.
- 2 b. Regalibus natalibus  
Orta fuit, in artibus  
Abundans peritia.

- 3 a. Non sapuit sed timuit  
Altum, non forma tumuit,  
Re, sensu, prosapia.
- 4 a. Dum cogeret catholicos  
Ad errores fanaticos  
Tyrannus Maxentius,
- 5 a. Pronos Dei famulam  
Dementare sedulam  
Perplexis scrutiniis,
- 6 a. Dum his lucrandis militat,  
Dum, quae sunt Dei, cogitat  
Sancta mente, corpore,
- 7 a. Hera credit; qui sectantur  
Heram, simul trucidantur  
Gladii compendio.
- 8 a. Canta miram novitatem:  
Propter meram castitatem  
Lac fudit pro sanguine.
- 9 a. Baiulis ubi angelis  
Iam spiritu dato caelis  
Arabicum verticem
- 10 a. Per te, sancta, sit transitus  
Contriti nobis spiritus,  
Sit et stola gemina;
- 3 b. Caelebs non ex imperio,  
Sed ex Pauli consilio  
Viri mansit nescia.
- 4 b. Facundae sermo virginis  
Spiritu fortitudinis  
Obsistit constantius.
- 5 b. Domitos rethoricos  
Cives fecit caelicos,  
Adflatos incendiis.
- 6 b. Caesam regina visitat,  
Quam haec ad vitam excitat  
Non claudendam tempore.
- 7 b. Virginem post blanditias,  
Minas, poenales furias  
Colli plectit sectio.
- 8 b. Oleum, pax pestibus,  
Rorat eius ossibus  
In Sinai culmine.
- 9 b. Speciali sepultura  
Meritorum de mensura  
Magnum tenet indicem.
- 10 b. Promissa tuis precibus  
Da patriae supplicibus  
Gaudia intermina.

Grad. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. I. 8. — 6a, 1 his fehlt. — 9b, 3 Magum tenet iudicem. — Melodie: *Lauda Sion* in freier Behandlung.

### 230. De sancta Katharina.

- 1 a. Haec est dies salutaris,  
gaudeat ecclesia,  
In qua virgo Catherina  
petuit caelestia;
- 2 a. Costi regis filia  
virgo carne nascitur,  
Inde liberalibus  
studiis imbuitur.
- 3 a. Cuius in amore flagrans  
sprevit transitoria,  
Ad aeterna per acerba  
festinans suppicia.
- 1 b. Iucundemur et laetemur  
in eius praeconio  
Diem festum celebrantes  
speciali gaudio.
- 2 b. Alto nata sanguine,  
fide sed nobilior,  
Christo sponso iungitur,  
ex quo manet mundior.
- 3 b. Cunctis rebus haec proponens  
meruit accipere,  
Quod nec lingua loqui potest,  
nec visus prospicere.

- 4 a. In conspectu Caesaris  
stetit cum fiducia  
Docens Deum unum esse  
verum, vana idola.
- 4 b. Inde mox irascitur  
cruelis Maxentius,  
Quod non valet superare  
puellam sermonibus.
- 5 a. Sapientes convocari  
iubet orbis clericos,  
Quinquaginta reppererunt  
rhetores clarissimos,
- 5 b. Ut puellam superare  
possent in certamine;  
Manet illa interrita  
spiritus munimine.
- 6 a. Christum esse venerandum  
docet super omnia,  
Qui creavit et gubernat  
caelum, terram, maria.
- 6 b. Ad haec commutescunt illi  
nec valent resistere,  
Salvatorem protestantur  
passionis vulnere.
- 7 a. Hinc novis iam aggreditur  
blanditiis Maxentius  
Devotam Deo virginem  
et miratur immobilem.
- 7 b. Quam, dum nequit pervertere,  
recludi iubet carcere,  
Sed inde vis angelica  
Obscura fugat omnia.
- 8 a. Rotae factae cruciandam  
ad Christi virgunculam  
Repentinam dant ruinam  
turbam super perfidam.
- 8 b. Regis uxor viso tali  
tantoque miraculo  
Iesum credit et necatur  
statim a Maxentio.
- 9 a. His peractis Catherinam  
iugulari praecipit,  
Lactis liquor pro cruore  
ex eadem profluit.
- 9 b. Assunt illic cito missi  
spiritus angelici,  
Animam in caelum ducunt  
corpus (in) montem Sinai.
- 10 a. Membris ex virgineis  
rivus manat olei,  
Quo liniti sanitatem  
consequuntur languidi.
- 10 b. Ad aeterna nos perducat  
rex caelorum gaudia  
Gloriosae Catherinae  
virginis per merita.

Miss. ms. Zagrabiense saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabiens. XLIV. 2. 323.  
A. — Grad. ms. Zagrabiense saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabiens. s. n. B. —  
1 b, 1 Iucundetar AB. — 6 b, 4 munere B. — 7 a, 1 iam fehlt AB.

### 231. De sancta Katharina.

- 1 a. Katherinam dulcibus  
Extollentes cantibus  
Sibi puris mentibus  
Famulemur.
- 1 b. Haec virgo regalibus  
Claruit parentibus,  
Nos claram virtutibus  
Hanc fatemur.
- 2 a. Costi regis filia,  
Dum frequentat studia,  
Pollet sapientia  
Miro more.
- 2 b. Peritorum varia  
Detegit mendacia  
Idola daemonia  
Probans fore.

- 3 a. Dum regis conubia  
Spernuntur et latria,  
Molitur supplicia  
Rex profanus.
- 4 a. Tandem caput scinditur.  
Cruor et lac funditur,  
Corpus tumba conditur  
Monte Sina.
- 5 a. O rosa fragrantiae,  
Lilium redolentiae,  
Viola decentiae,  
Katherina.
6. O spiramen,  
Divum flamen.  
Sis solamen  
Nobis. Amen.
- 3 b. Rhetorum ingenia  
Franguntur et atria,  
Fert suis excidia  
Labor vanus.
- 4 b. Oleum [hinc] liquitur,  
Quo languor compescitur  
Omnis, hac dum ungitur  
Medicina.
- 5 b. Tu vitae miseriae,  
Tu mortis angustiae  
Subventrix clementiae  
Sis festina.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 88, 15. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 88, 17. C. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. D. — Miss. Hispalense  
imp. Hispali 1507. E. — 1b, 2 Clamat A. — 1b, 4 Hae. — 3a, 3 Mollitar  
DE. — 3a, 1 Rectorum BDE. — Str. 4a sqq. fehlen BCDE. — 4b, 3 iungitur  
A. — 5a, 3 degentiae A. — 5a, 2 Lilium ist zweisilbig zu lesen. — Melodie  
offenbar: Mariae praeconio, nur ist die Klausel 6 angehängt.

### 232. De sancta Kunegunde.

- 1 a. Confitentes trinitatem,  
Trinitatis unitatem,  
[Unitatis deitatem]  
Veneremur devotissime.
- 2 a. Eius nomen est regale,  
Per quod venit omen tale,  
Cui nullum est aequale  
Nec tot signis declaratum.
- 3 a. Virgo viro despensatur,  
Virginitate non privatur,  
Sed virgo semper exstitit.
- 4 a. Haec est una pars prudentum,  
Haec cum lucro fert talentam  
Christo suo creditori;
- 5 a. Cuius ornat sepulturam  
Deus ministrando curam  
Corporis et animae.
- 1 b. Quae miserta peccatorum  
Solvit nexus delictorum  
Pro mercede meritorum  
Chunigundis clementissime.
- 2 b. Mater nostra spiritalis  
Virgo fuit corporalis,  
Huus regni temporalis  
Cepit summum principatum.
- 3 b. O fidelis copula  
Carens omni macula  
Carnalis desiderii!
- 4 b. Haec est, cuius lampas luxit,  
Istam sponsam sponsus duxit  
Ad conensem summi thori.
- 5 b. Nullus morbus est tam gravis,  
Quem non curat virgo suavis  
Summo medicamine.

- 6 a. De terra facit triticum  
Et sanat paralyticum,  
Caevis visus redditur,  
Claudus inde graditur;  
6 b. Insensato datur sensus,  
Parvus homo fit immensus,  
Mutatus Deo iubilat,  
Quem foeditas obnubilat.  
7 a. Si contritus hanc [precatur],  
Illi mox a Deo datur  
Peccatorum venia.  
7 b. Ergo, virgo, te precamur,  
Ut soliti transferamur  
Ad caelorum moenia.

8. Praesta, quod [de] superis  
Medicus ab inferis  
Liberare nos dignetur.

Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Rossian. X 158. A. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Palatin. Vindobonen. 1786. B. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. S. Crucis 21. C. — Miss. ms. Garstense saec. 15. Cod. Lincen. Γ q 10. D. — Miss. ms. S. Floriani saec. 15. Cod. S. Floriani III 9. E. — Miss. ms. S. Floriani saec. 15. Cod. S. Floriani III 10. F. — 2a, 1 Cuius B. — 2a, 2 omne tale BCDEF. — 2b, 1 nostra matri BCEF. — 2b, 3 fehlt A. — 2b, 3 Rexit BCDEF. — Nach 3a, 3 schieben BCDEF ein: Contraxit matrimonium | Summi patris appetit. — Nach 3b, 3 schieben BCDEF ein:

O beati spiritus,  
Per quos homo caelitus  
Egreditur (Agreditur BCEF) post hanc vitam.

4a, 2 lucro fecit A. — 4b, 2 sponsus sponsam ACEF. — 4b, 3 consensum summi chori BCDEF. — 6b, 2 Prius homo CEF. — 6b, 3 Deum alle Hss. — 6b, 4 sorditas BCEF. — 7a, 1 Sed contritus A; hanc fehlt A, haut B. — 8, 1 Nostra quod BCDEF. — Am Schlusse hängen BCDEF noch an:

In splendoribus sanctorum  
Ut fruamur angelorum (angelicis E)  
Caelicis concentibus (Caelicis fehlt E).

### 233. De sancta Landrada.

#### 1. Landradae virginum chorus intonet praeconia.

- 2 a. Agnus instruxit ovem,  
Christus innocens fovit,  
Per quem refrenatur  
lascivia.  
2 b. Cuius vita cum Christo  
Florens fructificando  
Fructum reportavit  
cum gratia.  
3 a. Dic nobis, Landrada,  
Quae vidisti miranda?  
Splendorem caeli patentis  
Et gloriam vidi  
maiestatis.  
3 b. Angelicos testes  
Signum crucis ferentes.  
Abscessit lux aetherea  
Relinquens nobis  
crucis tropaea.  
4 a. O Landrada veneranda,  
Nobis imitanda,  
Gregem pastori sum-  
mo commenda.  
4 b. Per te, pia, detur via  
Nobis, in gloria  
Quo tecum canamus  
Alleluia.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 4a, 3 Regem. — Melodie natürlich: Victima e paschali. — Aus gleicher Quelle: Anal. Bollandiana VI, 401.

234. De sancta Landrada.

- 1 a. Gratulemur in honore  
Salvatoris, et amore  
Cordis psallat puritas.
- 2 a. Virgo stirpe generosa  
Virtutibusque formosa  
Sprevit transitoria.
- 3 a. Mundum, daemones calcavit,  
Fame, siti virgo stravit  
Carnem ac vigiliis.
- 4 a. Se castigat lacrimando  
Non tepescens haec orando,  
Vestita cilicio.
- 5 a. Gregis custos virginis  
Nocturnis silentiis  
Divinum solacium  
Scrutans, flammaluminum  
Iustum perlustravit.
- 6 a. Virgo sancta Sigemarum,  
Sacerdotem sibi carum,  
Adloquens secretius,
- 7 a. In quo lux resplenduit,  
Angelorum sonuit  
Dulcis melodia,
- 8 a. Vox auditur caelitus:  
Tibi mittit Dominus  
Hoc munus, Landrada.
- 9 a. Spinas, vepres extirpare  
Coepit virgo ac parare  
Locum delectabilem,
- 10 a. Postquam illud consecratur,  
Ibi Christo famulatur  
Magistra hac virginem.
- 11 a. Iesu Christe, pastor bone,  
Landradae sanctae matronae  
Conserva collegium,
- 12 a. Quo tecum virgo beata  
Fulget lauro coronata,  
Ubi pax est stabilis;
- 1 b. Laudans fidelis laetetur,  
Ut Landradae veneretur  
Devote sollemnitas.
- 2 b. Summo sponso haec adhaerens,  
Cuius dona sibi quaerens  
Invenit in gloria.
- 3 b. Apros, ursas non expavit,  
Sed cum ipsis exultavit  
Deputans pro sociis.
- 4 b. Caelica desideravit,  
Mundi vana superavit  
Exuta supplicio.
- 5 b. Audiens angelicas  
Voices atque caelicas  
Recollecto pecore  
Visa mane propere  
Virgini narravit.
- 6 b. Quo assumpto cum pastore  
Locum quaerit in ardore  
Caritatis laetus.
- 7 b. Aram crucis destinans,  
Sponsus sponsam visitans,  
Mittens sponsalia.
- 8 b. Gavisa de munere  
Virgo plena flamme,  
Cultrix honoranda.
- 9 b. In quo templum matri piae  
Struxit virginis Mariae  
Imitans amabilem.
- 10 b. Quae plantatrix fit virtutum  
Protegendo ferens scutum  
Ab aestu et turbine.
- 11 b. Ut te laudet puro corde,  
Mundatum ab omni sorde  
Duc ad culmen regium.
- 12 b. Eius ut prece fruamur  
Tui, Christe, et feramur  
Ad te, ineffabilis.

235. De sancto Laurentio.

1. Almi martyris  
rogitemus merita

- |                                                                                                                 |                                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Laurenti, Christo cari,<br>mundi qui sprevit<br>praemia,                                                   | 2 b. Sortitus poli clara<br>possidet unde<br>sidera.                                              |
| 3 a. Parvulus annis<br>Dei gaudens semita                                                                       | 3 b. Eius divina<br>tenuit vestigia.                                                              |
| 4 a. Romanae sedis levitae<br>claruit sub infula,                                                               | 4 b. Signo crucis caecis iste<br>restauravit lumina.                                              |
| 5 a. Hic populos<br>provehit Christo plures<br>sanctimonia;                                                     | 5 b. Hippolyti<br>hic errorem vertit ad<br>palmae gloriam.                                        |
| 6 a. Hunc dilexit Sextus<br>pontifex<br>mente intima;                                                           | 6 b. Hic sublata fraudis<br>paruit<br>illi macula.                                                |
| 7 a. Exspirans Christo animam<br>Laurentio gratanter<br>commisit pecuniam.                                      | 7 b. Tu, Deus, haec congregaris,<br>tu, Laurenti, pauperum<br>consolaris agmina.                  |
| 8 a. Quanta gloria!<br>Iniquum ducem<br>delusisti<br>per pulchra industria.                                     | 8 b. Cuius rabiem<br>confixus Christo<br>superasti<br>mira cum victoria.                          |
| 9 a. Carnifex asper<br>membra levitae<br>tractat flammula;                                                      | 9 b. Chorus excelsus<br>sanctam benigne<br>fovet animam.                                          |
| 10 a. Tu perustus<br>in cruce ferri<br>te ipsum<br>donasti cibaria;                                             | 10 b. Nunc exultans<br>pasceris Christi<br>epulis<br>super alta sidera.                           |
| 11 a. Nostrorum nos erue<br>orando, Laurenti,<br>facinorum<br>aegrimonia,                                       | 11 b. Quo tecum mereamur<br>Christo iucunde<br>exhibere<br>famulamina.                            |
| 12 a. Tuis precibus<br>conteramus hunc hostem,<br>qui nos iaculis confudit<br>delicti,<br>quibus languet anima. | 12 b. Tu nos socios<br>tuis redde civibus<br>atque refer angelorum<br>gaudia<br>in luce perpetua, |

13. Quo vita  
perfruamur beata.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123 (B III 18). — 2b, 1 Sortinus. — 4a, 1 levitarum. — 5a, 1 populos. — 7a, 3 pecunia. — 7b, 1 hac. — 8a, 4 inducia. — 8b, 1 rabie. — 8b, 3 sq. mira superasti. — 10b, 4 astra sidera. — 12a, 2 hunc fehlt. — 12b, 3 refera angelorum.

236. De sancto Laurentio.

1 a. Laureatus laurea  
Scandit ad aetherea  
Regna terens terrea  
Laudandus Laurentius.

2 a. Thesauros pauperibus  
Dat, ut in caelestibus  
Thesaurizet opibus,  
Laudandus Laurentius.

3. Sic assatis carnibus,  
Sic peractis precibus  
Cenat cum caelestibus  
Levita Laurentius.

1 b. Tormenta per ignea  
Iam consumpta palea  
Purus intrat horrea  
Levita Laurentius.

2 b. Ignis in ardoribus  
Vas consumptis sordibus  
Redolet liquoribus,  
Laudandus Laurentius.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. — Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 15 B. — Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. C. — Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin. 12. D. — Miss. Hispalense imp. Hispali 1507. E. — 1a, 2 aethera ACDE. — 1a, 3 Regna terreus terrea AB; Regna tenens D. — 2a, 2 ut fehlt AB. — 2a, 3 Thesaurizat A. — 2b, 3 sq. lauten in BCDE: Sudat ut sudoribus | Finem det laboribus (det actoribus CD; delatoribus E). — Str. 3 lautet in BCDE:

3 a. Epulas ad candidi  
Cenam agni providi  
Profert agni torridi  
Laudandus Laurentius.

3 b. Sic vas auri solidi  
Aptum vero iaspidi  
Angulari lapidi  
Levita Laurentius.

Die Halbstrophe 3b fehlt indessen in CDE.

237. De sancto Laurentio.

1 a. Inflammemur ad agonem  
Contractantes passionem  
Invicti Laurentii.

2 a. In hoc agro laureatus  
Stat hic martyr et paratus  
Ad mortis supplicium.

3 a. Ignis intus ignem foris  
Et tyrannum vis amoris  
Vincit in Laurentio.

1 b. Nos ad palmam praeparemus,  
Ut in ipso properemus  
Ad agrum martyrii.

2 b. Dispersisse confitetur  
Se thesauros, dum torquetur,  
In manus egentium.

3 b. Gratulatur, dum assatur,  
Dum crematur, exaltatur  
Ab iniquo Decio.

4 a. Bonum opus operatur,  
Dum per ipsum illustratur  
Caecitas gentilium.

4 b. Cuius nox non obscuratur,  
Sed in lucem exaltatur  
Tam pollens martyrium.

5 a. Ergo, Christe, qui tantorum  
Extinxisti tormentorum  
Flammas et incendia,

5 b. Tu nostrorum delictorum  
Dele culpas ac caelorum  
Transfer ad palatia.

Miss. ms. Zagrabiene saec. 15. Cod. Cathedral. Zagrabien. XLIV. 2.  
323. — Str. 1 a hat Anklänge an die Agnes-Sequenz: Animemur ad agnem.

238. De sancto Leonorio.

1. Lux est laudis et iucunda,  
Laudent omnes laude munda  
Patrem Leonorium.

2 a. Plene laudent hi, qui gaudent  
Secum vere permanere  
Sancti corpus proprium.

2 b. Ad laudandum solvat ora  
Omnis homo omni hora  
Festa colens annua

3 a. Tam praeclara confessoris;  
Laus est talis laus decoris,  
Dulcis et melliflua.

3 b. Huius sancti praeclaras sanctitas,  
Per angelum eius nativitas  
Et nomen praedicitur.

4 a. Adplicatur expers mali  
Documento literali,  
Miranda res agitur:

4 b. Literas primaria  
Die vocat, alia  
Iungit, scribit tertia.

5 a. Mari flante vento gravi,  
Iam submersa pene navi  
Tempestate nimia

5 b. Excitatus, dum dormiret,  
Prece fecit, ne periret  
Plebs in navi socia.

6 a. De proiecta mari ara  
Fit cor maestum, mens amara  
Venerandi praesulisi;

6 b. Sed extractam de profundo  
Reddit Deus viro mundo  
Columbinis unguis.

7 a. Cervi mites sicut oves  
Arant iuncti sicut boves  
Eius ad imperia;

7 b. Non punguntur stimulo,  
Non tanguntur baculo,  
Dum complent officia.

8 a. Concordatim omnes eunt,  
Iuga tenent, iuga vehunt  
In sancti obsequio;

8 b. Pergunt uniformiter,  
Pergunt unanimiter  
Uno desiderio.

9 a. Hora nona resolvuntur,  
Pascunt, mane revertuntur  
Et manent in opere;

9 b. Opus complent, quo completo  
Iubet sanctus vultu laeto  
Humiles recedere.

10 a. Super Rhenum caecos sanat,  
Sic ab eo plene manat  
Lux caelestis gratiae.

10 b. Surgit sanus vir contractus,  
Vir superbus mox confractus  
Redditur miseriae.

- |                                                                                                                                   |                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 11 a. Iuxta verbum praedicentis<br>Et benigne admonentis<br>Sunt scabella viri flentis<br>Sano necessaria.                        | 11 b. Dat pro vino sancto virus<br>Homo nequam, homo dirus,<br>Homo malus et delirus<br>Et plenus nequitia,                                          |
| 12 a. Volens sancto dare letum;<br>Sed non habet leti metum,<br>Dum veneno vas impletum<br>Crucis signo frangitur.                | 12 b. Super dantem virus cadit,<br>Quem mors saeva mox invadit,<br>Sic venenum morti tradit<br>Eum, a quo traditur.                                  |
| 13 a. Leonori, fons honoris,<br>Te orantes totis horis<br>Intus serva nos et foris<br>Tui nobis dans amoris<br>Sacrum desiderium. | 13 b. Praesul sancte, flos hortorum,<br>Lux et decus confessorum,<br>Nos de faece mundanorum<br>Ad caelestem transfer chorum,<br>Ad perenne gaudium. |

Miss. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisien. BBl. Fol. 11. A. — Miss. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisien. BBl. Fol. 12. B. — Miss. Silvanectense imp. Parisiis 1524. C. — 2a, 2 Secum velle C. — 10a, 1 Super rerum AB. — Auf 10b, 2 folgt ein überschüssiger Vers: Pedum perdens usus actus ABC. — 11b, 2 durus AC. — 12b, 4 Eum cum quo ABC. — 13b, 4 In caeleste AC. — Melodie: Laudes crucis attollamus. Die Stammsequenz ist genau nachgeahmt; sogar die Binnenreime in 2a, der Rhythmuswechsel in 3b, 4b, 7b, 8b sind genau nach der Vorlage und am gleichen Platze beobachtet. Nur fehlt der Binnenreim in 10b, und insbesondere ist Strophe 1 ohne Gegenstrophe geblieben; infolge dessen reimen in den 4 ersten Strophen nicht die Schlusszeilen der entsprechenden Halbstrophen, sondern 2b, 3 reimt mit 3a, 3 etc. — Misset-Weale (Anal. Liturg. I, p. 380) ziehen die drei Halbstrophen 4b, 5a u. 5b in eine Strophe zusammen und bezeichnen sie dann als: „Strophe curieuse, à rapprocher de celle qui existe dans la Prose de Saint Gendulphe, que nous avons publié n° 154.“ Diese Bemerkung ist mindestens „curieuse“, beweist aber, wie nachteilig es ist, bei Herausgabe von Sequenzen die Melodie derselben bzw. ihrer Stammsequenzen nicht zu beachten.

### 239. De sancto Luca.

- |                                                                                                             |                                                                                                  |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Hac in aula regi Christo<br>condigna dentur carmina,<br>Qui pervius ampla mundi<br>quadriformi climata | 1 b. Apostolorum dignatus<br>est dilatare famina,<br>Quo utrique nationi<br>profuissent dogmata. |
| 2 a. Horum [de] collegio<br>novimus fuisse<br>sanctum Lucam,                                                | 2 b. Arte medicinali<br>peritum, nativum<br>de Syria,                                            |
| 3 a. Secutum egregii<br>inclita Pauli monita,                                                               | 3 b. Informatum ab illo,<br>caelibem ducentem vitam.                                             |
| 4 a. Verba quoque [hic] sancta<br>nobis exhibuit<br>evangelica                                              | 4 b. Itinerisque recti<br>patenter tradidit<br>scandere viam,                                    |

- 5 a. Quo Christi nostra caterva      5 b. Et ut possit sancti regni  
poscat [sibi] munera,                    possidere gaudia

6. Suffragante saneto Luca.

Trop. et Sequent. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). add. saec. 11. — 2a, 3 sanctissimum. — 3b, 2 ducens. — Be- achtenswert ist der gleichmässige Rhythmus und Reim im ersten Klauselpaare.

240. De sancta Lucia.

- |                                                                                           |                                                                                        |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Lucis creator optime,<br>Luciae nobilissimae<br>Splendor mentem illuminans,          | 1 b. Illabens eius animae<br>Illuxisti clarissime,<br>Omnem umbram eliminans.          |
| 2 a. Arma lucis induens,<br>Carnis sponsum renuens,<br>Lucia iuvacula,                    | 2 b. More lucis influens,<br>Omnia distribuens<br>Christum luxit credula.              |
| 3 a. De tenebris<br>lumen splendescere<br>Dixit Deus<br>in primo vespere<br>Creans lucem; | 3 b. Tum voluit<br>lucis ostendere,<br>Dum Luciam<br>fecit emittere,<br>Mortem trucem. |
| 4 a. Iesu, lux vera mentium,<br>Per Luciae subsidium<br>Da nobis lucem gratiae,           | 4 b. Quae nos per iter devium<br>Post hoc praesens exsiliū<br>Ducat ad lumen gloriae.  |

Offic. ms. S. Luciae saec. 14/15. Cod. Avenionen. 117 (7). — 2a, 2 renues. — 4b, 1 Quae nos pariter demum. — Die Abschrift, besorgt von Mr. Labande, Conservateur zu Avignon, verdanke ich der Liebenswürdigkeit des Mr. A. Beaugrand in Paris.

241. De sancto Ludovico.

- |                                                                    |                                                                    |
|--------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ludovico<br>Pangamus corde pudico<br>Alleluia.                | 1 b. Rex hac vita<br>Vivebat ut eremita,<br>Res miranda.           |
| 2 a. Gaudet rex de regulo,<br>Dominus de famulo,<br>Sol de stella. | 2 b. Regni et ecclesiae<br>Iura rexit requie<br>Semper clara.      |
| 3 a. Multa bona clericis<br>Contulit et laicis<br>Pari forma.      | 3 b. Hic multa pericula<br>Passus est per saecula<br>Carne sumpta. |
| 4 a. Nec prece nec pretio<br>Sua mens iudicio<br>Fit corrupta.     | 4 b. Nullus tam summopere<br>Vixit suo tempore<br>Valle nostra.    |

5 a. Damietam rapuit  
Hunc, carcere tenuit,  
In hoc dici meruit  
Esse caeca.

6 a. Nitet miraculis  
Magnis et parvulis,  
Quem vinxit vinculis  
Gens misera.

5 b. Tunis fuit mortuus,  
Caelo fit perpetuus,  
Liber declarat suus  
Haec praedicta.

6 b. Eius precamine  
Fruamur lumine  
Dei cum virgine  
Puerpera.

Miss. ms. Cenomanense saec. 15. Cod. Parisien. 867. A. — Miss. ms. Cenomanense saec. 15. Cod. Cenomanen. 353. B. — Grad. ms. Cenomanense saec. 15. Cod. Cathedr. Cenomanen. s. n. C. — Prosar. ms. Caelestinorum Parisien. saec. <sup>15/16</sup>. Cod. Mazarin. 448 (758). D. — Miss. Senonense imp. Parisiis 1543. E. — Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1559. F. — Str. 3 b und 4 b umgestellt E; dürfte das Richtige sein, weil so die Reihenfolge der Schlussverse der Stammsequenz „Laetabundus“ genau gewahrt bleibt. — 5 a, 1 Damieta E. — 5 b, 1 Curis A, Cunis B. — 6 a, 1 sq. fehlen A; 6 a, 3 vincit B. — 6 b, 1 Cuius E. — Melodie natürlich: Laetabundus.

#### 242. De sancto Lullo.

##### 1. Optata nostris gaudia votis

2 a. Adcumulavit  
diecula veneranda

2 b. Lulli beati  
praeconio gloriose.

3 a. Hic piis  
sancti Bonifatii

3 b. Monitis  
doctus ardua sequi,

4 a. Bellator rigidus  
contra mortis impetus

4 b. Pacatis moribus  
fit caelestis iuvenis.

5 a. Quem Bonifatius  
agonitheta

5 b. Post consecravit  
archimandritam,

6 a. Digno successori  
delegans curam  
sponsae caelestis,

6 b. Caste fecundandae  
spirituali  
prole pudica.

7 a. Salve,  
praeconium  
caelestis civis colendum,  
structor huius  
ac defensor,

7 b. Sancte  
supplicibus  
Lulle precamur votis, ut  
Herveldenses  
hos servulos

8 a. Colluvionibus  
peccatorum gravibus

8 b. Tuo propitio  
purges patrocinio

9 a. Atque tutamine  
pacis nos indignos

9 b. Servulos proprios  
visites frequentius,

##### 10. Senator aulae caelestis.

Grad. ms. Heresfeldense saec. 12. Cod. Casselan. Theol. fol. 55 (mit Neumen). — 2 b, 2 praeconio celebris gloriose (drei überschüssige Silben). — 5 b, 1 post se. — 6 b, 1 fecundandam. — 6 b, 3 pudicam. — 7 b, 5 hos fehlt. — 9 a, 1 tutamini.

243. De sancto Luthardo.

- 1 a. Hymnizare Deo gaude,  
Plebs unita Dei laude,  
Per devota studia;  
1 b. Corde, voce, voto plaudere,  
Quidquid in se valent, aude  
Cor et linguae munia.  
2 a. Vere passim sunt laudanda,  
Veneranda, praedicanda  
Dei beneficia;  
2 b. De cuius triumphat dono  
In terris, in caeli throno  
Luthardi militia.  
3 a. Hic est palmes verae vitis  
Pretiosa, margaritis  
Annulum ecclesiae  
3 b. Virtutibus adornavit,  
Dum caelestem comparavit  
Censem studens latriae.  
4 a. Mundo dives in aspectu,  
Deo pauper in affectu:  
Nobilitas humilis;  
4 b. Quanto sese deprimebat,  
Tanto magis elucebat  
Humilitas nobilis.  
5 a. O corsanctum, cor praedalarum,  
Cor, quod rerum terrenarum  
Non infecit copia!  
5 b. Alma mens est contemplata;  
Quam divina, quam beata  
Spiritus inopia!  
6 a. Fide grandem, spe securum,  
Gestis, vita, corde purum  
Summa sanxit caritas;  
6 b. Hunc fundavit sibi murum  
Tempestate non cessurum  
Veritatis firmitas.  
7 a. Hic minister caritatis  
Post huius mortalitatis  
Aerumnosum stadium  
7 b. Est adeptus cum beatis  
Ad vitam praedestinatis  
Summi boni bravium.  
8 a. Indevicte miles Christi,  
Posce nos ex orbe tristi  
Caeli regnis inseri,  
8 b. Ut consortes tuae sortis  
Et a poenis et a portis  
Eruamur inferi.

Sequent. et Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. —  
Melodie offenbar: Gaude Sion quod egressus; aus dieser Sequenz ist  
auch die letzte Halbstrophe entlehnt.

244. De sancto Magno.

- 1 a. Ad honorem et decorem  
Huius sancti nos caelesti  
Demus regi gloriam,  
1 b. Magnum fecit qui beatum  
Et ad vitae duxit statum  
Et ad caeli curiam.  
2 a. Magnus plane hic athleta,  
Tyrannorum qui decreta  
Nihil certe veritus,  
2 b. Ineunte ab aetate  
Christum colens probitate  
Nulli cessit penitus.  
3 a. Nulli cessit saevienti  
Nec assensit blandienti  
Nec tortori impio.  
3 b. Magno maior patienti  
Vis erat, quam ferienti,  
Laeta hinc irrisio.  
4 a. Magnum viri scelerati  
Immiserunt in voraci  
Flamma, nec exuritur.  
4 b. Quod nec sensit vim ardoris  
Ob ingentem vim amoris,  
Magiae (hoc) tribuitur.

- 5 a. Plagis vapulat severis,  
Devorandus datur feris  
Ursis et leonibus.
- 6 a. Hoc spectato multi credunt  
Atque Magno adhaeserunt  
Plus quam duo milia.
- 7 a. Fide firmi, spe robusti,  
Nonaginta et quingenti  
Atque duo milia
- 8 a. Magnus autem, dux eorum,  
Post triumphum gloriosum  
Martyrumque gloriam
- 9 a. Sanctus iste, Iesu Christe,  
Tibi carus, obsecramus,  
Nostrum servet exitum,
- 5 b. Ferae signo crucis viso  
Conticescunt et mansuescunt  
Blandientes nutibus.
- 6 b. Omnes isti confortati  
Fide Christi, spe armati  
Riserunt supplicia.
- 7 b. Simul omnes decollantur  
Et in caelis coronantur  
Multa post ludibria.
- 8 b. Lapidatus est coronam  
Sic adeptus gloriosam  
Laetam et victoriam.
- 9 b. Ut ereptis poena mortis  
Iam felicis suae sortis  
Nobis praestet aditum.

Grad. ms. Monasteriense saec. 15. (Privatbesitz). — 1a, 2 l. vielleicht:  
Huius festi, um den Binnenreim zu wahren (vgl. Anfang von Anal. Hymn. VIII, Nr. 190).

245. De sancto Marco.

- 1 a. Vox sonora nostri chori  
Nos tro sonet conditori,  
Qui disponit omnia;
- 2 a. Sacerdotum stirpe natus  
Aaron post est oblatus  
Petro in baptismate;
- 3 a. Hic vir tantae dignitatis  
Prae fervore caritatis  
Scripsit evangelium,
- 4 a. Hinc ad Italos directus  
Patriarcha est effectus  
Magnae Aquileiae;
- 5 a. Inde Romam post reversus,  
Iussu Petri mox conversus  
Pergit Alexandriam.
- 6 a. O quam digne est laudandus  
Vir excelsus, commendandus  
Pio magisterio.
- 7 a. Ab hoc patre sic exorti  
Monachorum greges cuncti  
Sunt in Alexandria,
- 1 b. Per quem hic evangelista  
Marcus, praesul clarus vita,  
Pugnat cum victoria.
- 2 b. A quo plene eruditus  
Digne fuit insignitus  
Sacro diademate.
- 3 b. Quod a Petro adprobatum  
Est ecclesiae donatum  
Magnum in exenium.
- 4 b. Quam cum verbo docuisset,  
Signis claris illustrasset,  
Reliquit Hermagorae.
- 5 b. Tanta fulget hic virtute,  
Quod multorum cum salute  
Fundavit ecclesiam.
- 6 b. Nam quos verbis edocebat,  
Studiose commendabat  
Sacro monasterio.
- 7 b. Qui caelesti vita clari  
Dono fulgent singulare  
In caelesti curia.

8 a. Tandem pastor hic insignis,  
Fervens vita, clarus signis,  
Cum palma martyrii

8 b. Christo regi iam coniunctus  
Serto nitet coronatus  
Sempiterni gaudii.

9 a. Gaude, urbs Venetiarum,  
Quae patronum tam praeclarum  
Possides cum gloria;

9 b. Clama laudans paeconia,  
Ut per eius suffragia  
Laeteris in patria.

Grad. ms. Praedicatorum saec. 15/16. Cod. Praedicat. Cracovien. s. n. A. —  
Miss. ms. Praedicatorum Hispanicum (Cardin. Ioh. Alvarez) saec. 16. Cod.  
Vatican. 5590. B. — Miss. Praedicatorum imp. Parisiis 1517. C. — Miss.  
Praedicatorum imp. Venetiis 1523. D. — 2a, 1 sacerdotis BC. — 3b, 2 ex-  
cennium D. — 4b, 3 Hermacore ABCD. — 9a, 3 in gloria AC. — Der un-  
reine Reim in 7a, 2 u. 8b, 2 ist auffallend, aber in allen Quellen. — Melodie  
wahrscheinlich jene der Katharina-Sequenz gleichen Anfangs, der auch die  
erste Strophe entlehnt ist; die Vorlage ist um 3 Strophen länger.

#### 246. De sancta Margareta.

1 a. Psallat omnis ecclesia,  
Iucundetur et sit laeta,

1 b. In qua martyr sanctissima  
Mundum vicit Margareta.

2 a. Cuius fidem, cuius vota  
Nec praefectus nec plebs tota  
Depravare potuit.

2 b. Tunc suspensa, tunc constricta,  
Virgis caesa nec devicta,  
Quam Christus sustinuit.

3 a. Draco stupet, daemon stridet,  
Quos convincens virgo ridet  
Confortata caelitus,

3 b. Flammis, aquis cruciatur,  
Sed patenter laureatur  
Dono sancti spiritus.

4 a. Viso signo tantae rei  
Plebs adclamat laudes ei,  
Quinque credunt milia;

4 b. Mox in morte sunt addicti,  
Sed pro fide stant invicti  
Spreta mundi gloria.

5 a. Tunc ab hoste mors dictatur  
In puellam, quod caedatur  
Gladii discrimine.

5 b. Dum cervicem flectit illa,  
Ferit hic, et lactis stilla  
Defluxit cum sanguine.

6 a. Sic despecto mundi flore  
Stolam lavans in cruento,  
Iam respirans in decore  
Martyr caelos penetrat.

6 b. In conspectu summi Dei  
Sedem nacta requieci,  
Pro salute omnis rei,  
Quidquid petit, impetrat.

7 a. Luce gaudet in superna,  
Cuius ardens hic lucerna  
Lumen dedit fidei,

7 b. Spe subnixa deitatis,  
Igne flagrans caritatis,  
Satis habens olei.

8 a. Ergo, martyr Margareta,  
Fac, ut triplex haec dieta  
Metam firmet gratiae,

8 b. Fac in nobis veram fidem,  
Quod cepisti, confer idem  
Bravium laetitiae.

Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LXXX (13). A. — Trop.  
et Sequent. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LVI (20). B. — Grad. ms.  
Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitat. LVIII add. saec. 15. C. — Auch  
im Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LXXIX. — 2b, 1 Nunc. —  
4a, 2 Dei BC.

247. De sancta Margareta.

- 1 a. Psallat chorus virginum,  
Tangat manus tympanum  
Hodie,
- 2 a. Margarita, virgo martyr,  
Angelorum tenens chorum  
Clamitat:
- 3 a. Pulcher es, dilecte mi,  
Et decorus,  
Lectus noster floridus  
Gloriosus,  
Et amore langueo.
- 4 a. Languet per exsilium,  
Languet per martyrium  
Sponsa Dei,
- 5 a. Inquit enim sponsus [illi]  
Voce leni:  
Tota pulchra es,
- 6 a. Quam sunt pulchrae  
mammae tuae!  
Favum stillant labia,
- 7 a. Aperi, columba, sponsa,  
Caput madet roribus;
- 8 a. Consummatur in hac sponsa,  
Quod Salomon dixerat:
- 9 a. Egregiamur  
In agrum [et] commoremur  
In villis,
- 10 a. Si vinea nostra floruit,  
Si frondens fructibus tumuit,
- 11 a. Iam in caelo sponsi  
fruitur amplexibus,
- 12 a. Deprecemur omnes  
flexis genibus,
- Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Cap. Parmen. s. n. — 9b, 2 Ad vineas.

248. De sancta Margareta.

- 1 a. Actu vitae innocentis  
Et affectu piae mentis  
In honore praepotentis  
Margaretae virginis
- 1 b. Sit spes una mentium,  
Una vox canentium  
Hodie.
- 2 b. Veniat dilectus meus  
Et pomorum fructum suorum  
Colligat.
- 3 b. Caput meum sponsi laeva  
Complexatur,  
Dextra corpus cingitur,  
Mens armatur,  
Et amore langueo.
- 4 b. Caeli sed imperium,  
Vitae refrigerium  
Datur ei.
- 5 b. Nam cor meum vulnerasti,  
Soror, veni,  
Tota pulchra es.
- 6 b. Mel et lac sub  
lingua tua  
Superans aromata.
- 7 b. Ut pateret mihi gressus,  
Ad te veni noctibus.
- 8 b. Mi dilecte, veni, veni,  
Saepius exagerat.
- 9 b. Mane surgamus  
Ac vineas videamus  
In illis.
- 10 b. Si floruerunt mala punica,  
Ibi dabo tibi ubera.
- 11 b. Ubea dat sponso  
versis vicibus.
- 12 b. Ut adoret sponsum  
pro nobis omnibus.

- 2 a. Quae in mundo constituta,  
Pompam mundi persecuta,  
Pertransivit impolluta  
Carnales spurcias.
- 3 a. Quarum spreta voluptate  
Vitae studens illibatae  
Redolebat suavitate  
Et pudoris lilio.
- 4 a. Sponsa Christi adoptiva  
Meritorum lucra viva  
Quasi grata donativa  
Sponso suo praeparat.
- 5 a. Huius ope salutari,  
Ut a sorde saeculari  
Mereamur expiari,  
Oramus te, Domine,
- 2 b. Carcerales sensit poenas,  
Famem, sitim et catenas  
Venenato melle plenas  
Aspernata nuptias.
- 3 b. In decore virginali  
Et virtute triumphali  
Sponso nupsit immortalis,  
Summi patris filio.
- 4 b. Intumescit fel praefecti;  
Secta collum nescit flecti,  
Quam a carne vox dilecti  
Regnaturam evocat.
- 5 b. Ne in arto tribunali  
Pro delicto temporali  
Condemnemur aeternali  
Mortis cruciamine.

Miss. ms. S. Petri Erfordensis saec. 15. Cod. Londinen. Add. 10925. —  
4b,1 profecti. — Melodie wahrscheinlich: Imperatrix gloria.

249. De sancta Maria Magdalena.

1. Adest praecelsa  
cunctis dies  
digne celebranda,
- 2 a. In qua scandit ovans  
Magdalene Maria
- 3 a. Iubilet hodie,  
psallat, tripudiet,  
omnis terra.
- 4 a. Clarissima stirpe  
sata [haec] mulier  
meretrix  
impudica  
quondam fuit ista.
- 5 a. Mox secus pedes  
rore (suo!) nectaris  
liquefacta iacet illa.
- 6 a. Tuis pedibus  
fert alabastra,  
infundit eis  
unguenta sacra;  
condescendens  
miseriis eius  
misericordia magna.
- 2 b. Caeli ignicoma  
comitante caterva.
- 3 b. Sedes astriferas  
sole splendidior  
subit stella.
- 4 b. In [domo] Simonis  
leprosi repperit  
te, Iesu,  
lumen verum,  
virtus, gloria nostra.
- 5 b. Lacrimis lavat,  
crinibus tergit,  
porrigit oscula grata.
- 6 b. Solvis gratia  
quam largiflua  
eius vincula  
multiplicia,  
pie pater,  
patris summi proles,  
cunctorum salus ac vita.

- |                                                                                                                                                 |                                                                                                                                           |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 7 a. Hinc fit sancti<br>spiritus aula,<br>quae septem daemonum<br>fuit antea,                                                                   | 7 b. Et fit illa<br>sublimis hera,<br>quae Iesum meruit<br>cernere prima.                                                                 |
| 8 a. Jesus tibi<br>apparuit primum,<br>cum surrexit<br>post fracta tartara.                                                                     | 8 b. Resurgentem<br>discipulis Christum<br>cecinisti,<br>o felix Maria.                                                                   |
| 9 a. Prior Eva<br>fuit olim<br>mortis nuntia,                                                                                                   | 9 b. Et tu prima<br>nuntiasti<br>vitae gaudia.                                                                                            |
| 10 a. Laus, honor, gloria<br>sit Deo per saecula,<br>cuius prudentia<br>disponit omnia,<br>per quam nunc regina<br>translata est<br>ad aethera. | 10 b. Virginum agmina<br>illustrans, Maria,<br>in caeli curia,<br>peccatrix femina,<br>fulges prospicua,<br>spem lapsis dans<br>de venia. |
| 11 a. Congaudet nunc<br>tibi ecclesia,<br>et laetantur<br>orbis climata.                                                                        | 11 b. Te miratur<br>phalanx angelica,<br>tibi tuba<br>plaudit harmonica.                                                                  |
| 12 a. Tu pro nobis<br>[nunc] esto sollicita<br>prece fovens<br>nos assidua.                                                                     | 12 b. Tecum nobis,<br>stella maris, Maria,<br>nunc et semper (et ubique)<br>maneat propitia.                                              |

Cod. Petroburgen. Q I 51. (cfr. Neues Arch. V, 262). Daraus Gillert, Briegers Zeitschr. f. Kirchengesch. IV, 612 sq. — G. bemerkt: „Diesen Maurusliedern lasse ich eine Sequenz auf die Maria Magdalena folgen, die sich in einer andern Petersburger Handschrift vorfindet. Da in letzterer die Meditationes, eine Schrift Odos von Clugny, enthalten sind, so liegt der Gedanke nahe, auch dieses Gedicht ihm zuzuschreiben, besonders wenn man bedenkt, dass auch schon anderswoher Verse, in denen der Cluniacenser Abt jene Heilige feiert, bekannt sind.“ l. c. 612. — 6 a, 5 condescens G. — 6 a, 6 miseris G. — 10 a, 2 saeculis G. — 10 a, 5 nunc virago regia G. — 12 a, 3 prefovens G. — Die Klammern enthalten Korrekturen, die von mir dem Texte von G beigefügt sind.

#### 250. De s. Maria Magdalena.

- |                                                                                    |                                                                                   |
|------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Magdalenam planctu plenam<br>Simul et laetitia                                | 1 b. Dempto planctu dulci cantu<br>Collaudet ecclesia.                            |
| 2 a. Fines horrens Babylonis,<br>Vultum quaerens Salomonis<br>Accessit ab ultimis, | 2 b. Austro fugans Aquilonem,<br>Fletu mersit Pharaonem<br>Pedes lavans lacrimis. |

- 3 a. Quaerens Dei filium  
Intrat in convivium  
Dolore cogente,
- 4 a. O felices Magdalena  
Fletus, crines, vultus, genae  
Sponso blandientes
- 5 a. Innixa super dilectum  
Eius fulta flosculis,  
Suum dedit intellectum  
Caritatis regulis.
- 6 a. Vitam solitariam  
Amans in caverna  
Mundi sprevit gloriam  
Spirans ad superna.
- 7 a. Christe salus paenitentis  
Et fons aquae salientis,  
Nostrae lava sordes mentis  
Magdalene precibus,
- 3 b. Ad pedum obsequium  
Pium praebet studium  
Amore trahente.
- 4 b. Et unguentis manus plenae,  
Saeuentis plagas poenae  
Sponsae subtrahentes.
- 5 b. Condolendo morienti  
Votis astat sedulis,  
Congaudendo resurgent  
Nuntiat discipulis.
- 6 b. Signis et prodigiis  
Fulgens ut lucerna  
Demum plena gratiis  
Migrat ad aeterna.
- 7 b. Ut virtutum incrementis  
Mundi spretis blandimentis  
Lucrum detur de talentis  
Cum servis fidelibus.

Grad. ms. Unterlindense saec. 14. Cod. Colmarien. 312. A. — Grad. ms.  
Unterlindense saec. 14. Cod. Colmarien. 317 B.

### 251. De s. Maria Magdalena.

- 1 a. Veneranda Magdalene  
Repraesentant festa plene  
Vae, lamenta, carmina;
- 2 a. Haec ut uxor adversatrix  
Christum linquens fit peccatrix  
In sequendo turpia.
- 3 a. Irae Christus iam oblitus  
Pie quaerit ut maritus  
Tegens turpitudinem;
- 4 a. Lue terfa delictorum  
Ornans munere donorum  
Hanc sibi conciliat.
- 5 a. Osculatur et decorat  
Pedes Christi, sic honorat  
Sponsum, quem contempserat.
- 6 a. Haeret medico curata,  
Nam ministrat, paret grata  
Hospes et discipula,
- 1 b. Vae debetur delinquenti  
Et lamentum paenitenti,  
Postque laus, precamina.
- 2 b. Ut repudiata viro  
Dissipavit modo miro  
Grata naturalia.
- 3 b. Rete gratiae sagenat  
Gratis trahens, ubi cenat,  
Spirat paenititudinem.
- 4 b. Haec recedit iam ex toto,  
Lavat, ungit et ex voto  
Se totam humiliat.
- 5 b. Ex affectu studet vere  
Membra, sensus exhibere  
Christo, qui praestiterat.
- 6 b. Sequitur caelestem ducem  
Tam ad caelum quam ad crucem  
Ut patronum famula.

- 7a. Cessant iam lamenta cuncta,  
Curiae caelesti iuncta  
His succedunt carmina.  
8a. Suscitatur huius prece  
Lazarus diurna nece;  
Quam magna dilectio!  
9a. Fit praenuntia surgentis  
Et apostola scandentis,  
Unde Iesus venerat.  
10a. O Maria Magdalena,  
Spes reorum, donis plena,  
Laudes, preces accipe,  
Graduale ms. Franciscano-Romanum saec. 14. Cod. Roman. XX (Varia 290). — Mit Melodie.
- 7b. O quam privilegiata  
Caelis, terris fit beata,  
Gaudens inter agmina!  
8b. Partem optimam elegit  
Et ex ore Christi legit,  
Quae sunt digna praemio.  
9b. Paenitentiae exemplum  
Iam caeleste scandit templum,  
Hic Christus remunerat.  
10b. Et placato nobis Christo  
Mundo protegens nos isto  
Demum ad te suscipe.

252. De sancta Martha.

- 1a. Dies est laetitiae,  
Pangat regi gloriae  
Dulce melos hodie  
Noster coetus.  
2a. Gaudeat ecclesia,  
A qua Sion filia,  
Martha de Bethania  
Oriunda,  
3a. In caelorum solio  
Fruens grandi bravio,  
Iuncta Dei filio,  
Quem amavit,  
4a. Haec sororem noluit  
Vacare, sed voluit  
Eidem, quem coluit,  
Ancillari.  
5a. Ad Christum provectio  
Nobis et protectio  
Huius sit dilectio,  
Quam laudamus.
- 1b. Cedat torpor mentium,  
Surgat vox psallentium,  
Cunctorum maerentium  
Cesset fletus.  
2b. Clara stirpe genita,  
Cara Christi hospita,  
Carnis solvit debita  
Laetabunda.  
3b. In terris hospitio  
Pascens et de proprio  
Tribuens cum gaudio  
Ministravit.  
4b. Vitae mos theoricae  
Datur his et practicae  
Sororibus mystice  
Designari.  
5b. Adiuvet nos sternere,  
Vana mundi spernere  
Et post mortem cernere,  
Quod speramus.

Grad. ms. Nurembergense saec. 15. Cod. Civ. Nuremberg. III 15b. —  
Mel.: Mariae praeconio.

253. De sancto Martino.

- 1a. Martini psallere  
Festo cum gaudio  
Decet et canere  
Nos, ut ab impio  
Tyranno eruat.
- 1b. Psallamus hodie  
Decoris vocibus,  
Canamus propriae  
Cum mentis precibus,  
Ut ista adnuat.

- 2 a. Martinus pallium  
Egeno tribuit,  
Dans ei gaudium  
Illum sustinuit  
Cum suo pallio.
- 3 a. In somnis praevidebat  
Miles miraculum,  
Et Deus providet  
Martino populum  
Regendum Turonum;
- 4 a. Commendat omnium  
Curam pontifici  
Suarum ovium  
Gregis dominici  
Martino praesuli.
- 5 a. Martini bonitas  
Est sanctimonia,  
Celatur nuditas  
Cum veste media  
Iam nudi pauperis.
- 6 a. Cuius humilitas  
Nos agat humiles,  
Carnis debilitas  
Ne nostrae debiles  
Ad se nos provocet.
- 2 b. Hac veste voluit  
Caeli rex indui,  
Christus apparuit  
Martino, perfrui  
Dat vitae gaudio.
- 3 b. „Hac veste“ Dominus  
„Me“ dicens „induit,  
Cum catechuminus  
Hanc nudo tribuit“  
Dat somnum resonum.
- 4 b. Vultu vir humilis  
Ac mente supplici  
Pastoris similis  
Personae simplici  
Fit rector populi.
- 5 b. Gaudere potuit  
Nudus cum pallio;  
Martino profuit  
Plus vitae gaudio  
Frui cum superis.
- 6 b. Istius praesulis  
Assit protectio  
Subiectis populis,  
Caelis oratio  
Sua nos collocet.

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. Vitrin. 12. C. — Miss.  
Hispalense imp. Hispali 1507. D. — 1a, 4 Ut nos D — 3b, 2 Mendicens  
AC; Mendicem B. — 3b, 5 sonum resonum D. (Dominus dat somnum reso-  
num = verleiht dem Traume Widerhall, Wirklichkeit?). — 4a, 3 Suarum  
fehlt A. — Str. 4b sqq. fehlen BCD. — 6b, 5 Sui A. — Melodie wahr-  
scheinlich: Mittit ad virginem.

#### 254. De sancto Martino.

1. Martine,  
confessorum gemma,  
praesulum gloria,
- 2 a. Tu vitae  
perennis gaudia
- 3 a. Liquisti  
terreni regis  
ac secutus  
Christi militiam,
- 2 b. Amplexus  
aetate tenera.
- 3 b. In qua te  
semper exercens  
concitasti  
hostis invidiam

- 4 a. In te furentis,  
in via  
quem fossum  
perculisti  
voce divina.
- 4 b. Latroni Christum  
postea  
praedicans  
regni Dei  
facis consortem.
- 5 a. Tu Christum pauperem  
vestisti parte tuae  
chlamidis nudum,
- 5 b. Qui tibi proxima  
nocte tua veste se  
monstrat indutum.
- 6 a. Cuius nomine daemones  
fugas, paralyticos,  
caecos claudosque curas.
- 6 b. Tuque mortuos homines  
pie tres resuscitas,  
praesenti redditis vitae.
- 7 a. Tibi globus igneus  
super caput apparens  
clarum te signat.
- 7 b. Tuis semper precibus,  
poseimus, facias nos  
compotes Christo,

8. Sacerdos Dei magne.

Grad. ms. Mutinense saec. 12. Cod. Capit. Mutinen. O I N 16. A. —  
Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen. s. n. B. —

255. De sancto Matthaeo.

- 1 a. Laetabundus  
chorus fidelium  
Ad Matthaei  
surgat praeconium  
Laudans apostolicum  
Nomen honorificum.
- 1 b. Telonei  
gerens negotium  
Lucri favet  
ad desiderium,  
Quem verbum dominicum  
Efficit catholicum.
- 2 a. Magnum Christo  
fecit convivium,  
Qui veniens  
ad domicilium  
Suum secum  
ducens concilium  
Epulatur.
- 2 b. Sic infirmis  
parat remedium  
Et peccata  
tunc paenitentium  
Pietatis  
per beneficium  
Medicatur.
- 3 a. Ad cimeum  
trahit egregium  
Aegrum Levi  
vocans in socium,  
Qui sentiens  
se prius saucium  
Lamentatur.
- 3 b. Recognoscens  
defectum proprium  
Salutare  
poscit subsidium  
Et recepit  
pium donarium,  
Quo sanatur.

4 a. Mundum docet  
per evangelium,  
Ab humanis  
sumpsit exordium,  
Iesum dicens  
Mariae filium,  
Quo salvatur.

5 a. Doctor fuit  
multarum gentium,  
Rex Eglippus  
ad caeli bravium  
Eius scandens  
per magisterium  
Baptizatur.

4 b. Primario  
hic animalium  
Per prophetae  
sacrum praesagium  
Singulare  
ob privilegium  
Comparatur.

5 b. Suscitavit  
et natum regium  
Natam trahens  
ad Christi gremium,  
Tandem orat  
et per martyrium  
Coronatur.

Miss. ms. Salernitanum anni 1431. Cod. Capit. Salern. s. n. — 4a, 7  
Quod. — Melodie: Nativitas Mariae Virginis.

### 256. De sancto Matthaeo.

1 a. Ave, clemens apostole,  
Serto fulgens aureolae  
Mirae pulchritudinis.

2 a. Duos magos superasti  
Imbutos malitia,

3 a. Aethiopes docuisti,  
Aegyptios convertisti  
Praedicando iugiter;

4 a. Quam sacras velamine,  
Novo in regimine  
Ponis Ephigeniam;

5 a. Ense cuius  
orando cecidisti,

6 a. Tuum martyrium  
Donet praesidium  
Nostris doloribus;

1 b. Ave, doctor almae scholae,  
Fac nos motus malivolae  
Calcare cupidinis.

2 b. Ab eorum liberasti  
Populos fallacia.

3 b. Regis natam suscitatisti,  
Regem doctum baptizasti  
Et credentem firmiter.

4 b. Hanc rex plenus scelere  
Cupiens corrumpere  
Petit sibi sociam.

5 b. Ad caelorum  
gaudia evolasti.

6 b. Tua precatio  
Purgans nos vitio  
Iungat caelestibus.

Grad. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Tungren. VIII. A. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. B. — 1a, 2 Sancte fulgens B. — 2b, 2 Populum B. — 3a, 2 Et Aethiopios B. — 3a, 3 Praedicando fehlt B. — 4a, 1 sacro B. — 4a, 2 Novam B. — 5b, 1 Et ad B.

### 257. De sancto Matthaeo.

1 a. Nova dies est allata,  
Quae aurora piis data  
Tota clara redditur,

1 b. Nam Mattheus, vir insignis,  
In hac die cum immensis  
Laudibus extollitur,

- 2 a. Hic a Christo praedilectus,  
A teloneo vocatus  
Surgens sprevit omnia,
- 3 a. Sumpta verbi potestate  
Iesu Christi longe, late  
Diffundit paeconium
- 4 a. Aethiopiam ingressus  
Duos magos est adgressus  
Colentes daemonium,
- 5 a. Plura possent reperiri  
Mira facta sancti viri,  
Quibus clare demonstratur,  
Quam clarus habeatur.
- 6 a. O Matthaei, clara gemma,  
Motus carnis nostrae doma  
Precum efficacia,
- 2 b. In apostolum assumptus  
Dei fonte est potatus  
Hausta sapientia.
- 3 b. Et fraterna pro salute  
Dei motus a virtute  
Scribit evangelium.
- 4 b. Tandem cursu consummato  
Et agone iam peracto  
Transiit ad Dominum.
- 5 b. Sed praesentem iuvet chorum,  
Ut in regno beatorum  
Regem videns tam decorum  
Semper sic glorietur.
- 6 b. Ut in Christo, vera vite,  
Radicati verae vitae  
Capiamus praemia.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523. — 5 b, 2 regnum.

258. In Translatione s. Matthaei.

1. Gaudemus  
singulari concordia,

- 2 a. Quae corda nostra  
iungat firmata in  
Christi gratia,
- 3 a. Aethiopolis  
zonae splendor fuisti,
- 4 a. Lucani depositum  
pretiosum hoc habuerunt,
- 5 a. Ubi nunc suffragia  
multa dantur  
ipso protegente.
- 6 a. Eius monstrantur  
nautis prodigia  
maris fluctibus,
- 7 a. Cuidam vetulae Lucanae  
paret in somnis hortans,  
ut glebam sui corporis
- 8 a. Vacuum plebi  
vas, vinum donans convivanti,  
corporis inventio,
- 2 b. Qua celebrentur  
devote, Matthaei,  
[haec] sollemnia.
- 3 b. Brictionibus ut  
sol mundo claruisti.
- 4 b. Tandem Salernigenae  
tanto pastore claruerunt,
- 5 b. Quotque mirabilia  
semper fiunt  
Christo adnuente !
- 6 b. Cum[que] petuntur,  
dantur auxilia  
nostris civibus.
- 7 b. Spinis coniectam et herbis  
monachus, eius natus,  
inquirat dati muneris.
- 8 b. Furtim subtractae  
pecuniae peregrinis fit  
mira restitutio.

- 9 a. Arida dextra  
vivificatur  
morbo cessante,  
10 a. Pes arefactus  
gressum recuperavit,  
11 a. Filiae Landonis  
contractae gressus datur,  
12 a. Mutis sermo,  
surdis auditus  
redditur,  
et debilis sanatur,  
13 a. Tollitur latronibus  
gressus, quoisque  
restituant,  
quod sustulerunt.  
14 a. Nos sollemnia  
tibi celebrantes  
Duc ad supernorum gaudia  
ad tuum honorem  
exultantes,
- 9 b. Contractus puer  
movetur plene  
turba clamante.  
10 b. Caecis visum dedit  
et languores sanavit.  
11 b. Et adulescenti  
motus recuperatur.  
12 b. Confunduntur  
detrahentes, qui  
nocendi  
se teste condemnantur.  
13 b. Linguis loquens variis  
daemon Apulam  
deserit; hoc  
multi viderunt.  
14 b. Nos hic respice  
cives gubernando,  
Donans solida suffragia  
concivibus tuis  
operando,

15. Nam diem  
gloriosum fecisti.

Brev. ms. Salernitanum saec. 15. Cod. Capit. Salern. s. n. — 2a, 2  
firmatus. — 6a, 2 naves. — 8a, 2 vinum dominus donans. — 8b, 2 sq. mira  
fit. — 9a, 3 moribus cessante. — 10a, 1 Lies Pede arefactus? —

259. De sancto Mauritio.

- 1 a. Christo laudes exsolvamus  
Et devote recolamus  
Christi beneficia.  
2 a. Omnes ergo gratulemur  
Et praesentis veneremur  
Diei sollemnia,  
3 a. O quam dulcis spes piorum,  
O quam felix[mors]sanctorum,  
O quam vita melior,  
4 a. Hoc beata legio  
Sub duce Mauritio  
Sua morte docuit;  
5 a. Maximiani Caesaris  
egressa sententia  
Proponit militibus  
foeda sacrificia;
- 1 b. Nihil deest in effectu,  
Cum abundat in affectu  
Laudum dives hostia.  
2 b. Quam Thebaeae legionis  
Victis poenis passionis  
Consecrant martyria.  
3 b. Auro, gemmis, ornamentis,  
Cunctis mundi blandimentis  
Longe pretiosior!  
4 b. Argumentum utile,  
Exemplum laudabile,  
Quod morti non defuit.  
5 b. Ergo sacris sculptilium  
polluuntur miseri,  
Tura ponunt, supplicant  
saxo, ligno, lateri.

- 6 a. Sed declinant a mandatis  
Exsecrandae potestatis  
Summi regis acies;
- 7 a. Audit Caesar legionem  
Praetergressam sanctionem  
Decretalis regii;
- 8 a. Et contempto verbo regis  
Decimatur sancti gregis  
Tam lata possessio;
- 9 a. Revocantur iterum  
Ad ministrum scelerum,  
Ad regem nequitiae  
Caelestis militiae  
Castra beatissima.
- 10 a. Revocantur nec vincuntur,  
Sed, quo magis impelluntur,  
Maiori stant pondere.
- 11 a. Gens peracto scelere  
In sanctorum funere  
Ut potens in opere  
Celebrat convivium.
- 12 a. Victor viae lege ductus  
Audit voces sed non luctus,  
Ubi luctus ratio;
- 13 a. O beatae legionis  
Venerandi principes,  
O felicis passionis  
Electi particeps,  
Exaudite supplices  
Impetrare veniam.
- 6 b. Ad Agaunum fit secessus,  
Ubi grata se recessus  
Obtulit planities.
- 7 b. Temptat mentes immutare,  
Sed non norant fluctuare  
Firmitatis filii.
- 8 b. Poenas tulit saevae mortis,  
Quem invenit dirae sortis  
Facta revolutio.
- 9 b. Sed mandatum spernitur,  
Et statim recurritur  
Ad prius flagitium,  
Rursus sentit gladium  
Legionis decima.
- 10 b. Ergo cunctos mors involvit,  
Sed, ut verum loquar, solvit  
Ut vinctos de carcere.
- 11 b. O quis locus epulis,  
Dum strages in oculis  
Dum sanguis in poculis,  
Quid vel quale gaudium!
- 12 b. Invitatur, sed professus  
Christi nomen est ingressus  
Mortem pro convivio.
- 13 b. Prosit nobis, speciali  
Cum vos laude colimus,  
Cum affectu speciali  
Nos vobis subicimus,  
Et nunc per vos petimus  
Sempiternam gloriam.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellens. 9786—90. — Aus derselben Quelle Anal. Bolland. VI, 377.

### 260. De s. Mauritio et Sociis.

- 1 a. Laudes Christo decantemus  
Et in Christo personemus  
Martyrum sollemnia,
- 2 a. Messis multa trituratur,  
Et matura iam calcatur  
Electorum vinea,
- 1 b. Qui vicerunt vim maligni,  
Vivunt Deo, Deo digni  
Sacra per martyria.
- 2 b. Decimati decimantur,  
Ut probati conscribantur  
In caelesti linea.

- 3 a. Testes Dei  
Quasi rei  
Moriuntur,  
Inseruntur  
Sempiterno lumini.
- 3 b. Mors eorum  
Mors sanctorum,  
Gloriosa,  
Pretiosa  
In conspectu Domini.
- 4 a. Hic ingressus,  
Hic progressus,  
Via iusta  
Sed angusta  
Per cruentum roseum;
- 4 b. Christus ipsam  
Suis istam  
Revelavit,  
Commendavit  
Per velamen carneum.
- 5 a. Veri Christi milites  
Christi ferunt limites,  
Agni tincti sanguine  
Rubent, fontis lumine  
Christo consignati.
- 5 b. Plagis gaudent variis,  
Colla flectunt gladiis,  
Gazas fundunt optimas,  
Deo reddunt animas  
Fide coronati.
- 6 a. O Mauriti, princeps alme,  
Fulgens fulges instar palmae  
In conspectu gloriae;
- 6 b. Exsuperi, superasti  
Mundi luxus et calcasti  
Virtute constantiae.
- 7 a. Super nivem Candide  
Dealbaris candide  
Lilii candore.
- 7 b. Victor vincit fortius,  
Rubet Innocentius  
Rubeo cruento.
- 8 a. Fermentum hic fidei,  
Amoris hinc ignei  
Aestuat caminus,
- 8 b. Perferunt suppicia,  
Quos amor per omnia  
Penetrat divinus.
- 9 a. Hi sunt viri  
Fide miri,  
Viri fortes,  
Quorum sortes  
Regna tenent caelica.
- 9 b. Gaudent ita  
Vera vita,  
Ut fideli  
Deo caeli  
Nova canant cantica.
- 10 a. Qui se ipsos negaverunt  
Et pro Christo pertulerunt  
Tormenta fortissime,
- 10 b. Holocausta medullata,  
Fide multa concremata,  
Offerunt gratissime.
- 11 a. Reddunt vota mente tota  
Corde mero Deo vero  
Perenni cum iubilo,
- 11 b. Ubi Rachel, non iam Lia,  
Non est Martha sed Maria,  
Dies sine nubilo.
- 12 a. Vos precamur, testes Dei,  
Natos lucis et diei  
Decoratos gloria,
- 12 b. Ut nos ibi iam ascribi  
Cum beatis faciatis  
In Christi militia.

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellens. 9786—90. — Aus der-  
selben Quelle Anal. Bolland. VI, 358. — 5 a, 4 frontis.

261. De sancto Mauritio.

- 1 a. *Magno rerum creatori,  
Plasmatorum salvatori  
Honor, laus et gloria,*
- 2 a. *Vi clamoris passi Dei  
Praedicantur et Thebaei  
Conversi deifice,*
- 3 a. *Intra Romam confirmantur  
Sacra fide, dum sectantur  
Aquila imperii,*
- 4 a. *Iussu regis diis libatur,  
Grex Thebaeus absentatur  
Suadente Mauritio,*
- 5 a. *Stat invictus miles fortis  
Et contemni minas mortis  
Sacro docet monitu,*
- 6 a. *Velut aurum comprobantur  
Sancti, dum bis decimantur,  
Aurum sine scoria;*
- 7 a. *Eia, caelum iucundatur,  
Uno die quod ornatur  
Tot sanctorum pignore;*
- 8 a. *Milium sex sescentorum  
Sexaginta sex stratorum  
Coheredum Domini*
- 9 a. *Rorant caeli decus orbi,  
Fugat genus omne morbi  
Martyrum precatio;*
- 10 a. *Iesu, partus ventris casti,  
Morte sacra quos salvasti  
Mortis ab interitu,*
- 1 b. *Ad quem manus expandentem  
Et in cruce sitientem  
Tracta currunt omnia.*
- 2 b. *Regem regum venerantur,  
Hierusalem baptizantur  
Urbis a pontifice.*
- 3 b. *Contra pacis hostes gerunt  
Arma, iustum nullum terunt  
Innocentes filii.*
- 4 b. *Ubi locum tanti mali  
Declinando spiritali  
Se det exercitio.*
- 5 b. *Deos plures detestatur,  
Deum unum veneratur  
Sancto cum exercitu.*
- 6 b. *Xristi servos imitantur,  
Qui supersunt, sed laetantur  
Passim clade tertia.*
- 7 b. *Terra recens humectatur,  
Signis novis fecundatur  
Et signorum foenore.*
- 8 b. *Almus cruor Agaunensi  
Rupe fusus Rhodanensi  
Dat augmentum flumin.*
- 9 b. *Tantum nulli meruerunt,  
Ut, qui semet impenderunt  
Horum patrocinio.*
- 10 b. *Regni tui confer munus,  
Qui cum patre Deus unus  
Es et sancto spiritu.*

Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — 2 b, 1 Ex clamore, gegen das Akrostichon: Mauricius dux et martir. — 9 b, 3 Quorum. — Mel: Maiestati sacrosanctae. — Aus derselben Quelle Anal. Bolland. VI, 388.

262. De sancto Mauritio.

- 1 a. *Omnes Mauritium precentur,  
Cuncti venerentur  
Ut dentur  
Post mortem  
Regna nobis in sortem  
Caelestia.*
- 1 b. *Militum ipse Thebaeorum  
Princeps est, virorum  
Sanctorum,  
Qui toto  
Cuncta sprevere voto  
Terrestria.*

- |                          |                       |
|--------------------------|-----------------------|
| 2 a. Legibus             | 2 a. Regibus          |
| Christi pro sanctissimis | Hi sunt a saevissimis |
| Martyres effecti,        | Omnes interfici.      |
| 3. Sed mox ut enecti     |                       |
| Sunt vecti               |                       |
| Caelorum                 |                       |
| Per manus angelorum      |                       |
| Ad gaudia.               |                       |

Miss. et. Brev. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. — Aus derselben Quelle Anal. Bolland. VI, 361. — Ob Sequenz, trotz der Sequenzenform nicht außer Zweifel.

### 263. De sancto Mauro.

- |                              |                                 |
|------------------------------|---------------------------------|
| 1. Maurus lucida             |                                 |
| Scandit poli culmina.        |                                 |
| 2 a. Hodieerna iucundetur    | 2 b. Hodieerna die mater        |
| die plebs angelica,          | iubilet ecclesia.               |
| 3 a. Grex ordinis monastici, | 3 b. Gesta Mauri concinite      |
| Odas date cantici,           | In voce laetitiae.              |
| 4 a. Hic duodennis           | 4 b. Annos bis denos            |
| Benedicto traditur,          | hoc sub duce alitur.            |
| 5 a. Maure, sub hoc duce     | 5 b. Dum patris                 |
| quis fueris,                 | imperium peragis,               |
| Prodigii patet               | Absque madore                   |
| innumeris.                   | fluenta premis.                 |
| 6 a. Tu linguae reddis       | 6 b. Das vires fractis,         |
| Officiumque pedis,           | Caecam videre facis.            |
| 7 a. Qui tibi obloquuntur,   | 7 b. Sint laudatores tui        |
| Daemone invaduntur.          | Tuis sub alis tuti.             |
| 8 a. Daemon tua              | 8 b. Obsessaque                 |
| iussa tremiscit              | corpora linquit.                |
| 9 a. Tua mors quoque         | 9 b. Tibi viva                  |
| verba pavescit,              | cadavera reddit.                |
| 10 a. Tu das bibendo         | 10 b. Membra personae           |
| vinum non deficere,          | nectis paralytiae.              |
| 11 a. Labrum naresque        | 11 b. Secreta noscis            |
| morbo curas canceris,        | pandentibus angelis.            |
| 12 a. Annorum libram auream  | 12 b. Nos post decursum stadium |
| Comples et sumis lauream.    | Fac promereri bravium.          |
| 13 a. Praestet hoc per te    | 13 b. Praestet hoc patris       |
| pater atque natus,           | genitique flatus,               |
| 14. Deus unus.               |                                 |

Trop. ms. Casinense saec. 12. in. Cod. Casinen. 546. A. — Miss. ms. Casinense saec 14. ex Cod. Casinen. 128. B. — Offic. ms. S. Mauri saec. 12. ex. Cod. Petroburgen. F I 27 (nach Gillert in Briegers Zeitsch. f.

Kirchengesch. IV (1881), 609). G. — 3 b, 1 Festa Mauri B. — 4 b, 1 Inno bis, falsche Initiale B. — 5 a, 3 Patet miraculis B. — 5 b, 1 Cum G. — 5 b, 3 Absque crurore G. — 6 b, 2 Caeca G. — 8 a, 2 iura AB, rura G; vgl. 9 a. — 9 b, 2 cadenera redit B. — 10 a, 2 deficiente B. — 12 a, 2 Complens A; Sumis et mitis lauream G. — 13 b, 1 pater G. — 13 b, 2 parlique flatus G. — 14 fehlt B.

264. De sancto Mauro.

1. Inclita diei huius  
recolamus festa

- |                                                                                                  |                                                                                                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Praecea canentes<br>melodia<br>regi regum praeconia,                                        | 2 b. Qui Maurum levitam<br>perpetua<br>sublimavit in gloria                                                                                                            |
| 3 a. Peracta fortis<br>de armato victoria,                                                       | 3 b. Victrici palma,<br><i>felici pugna, longa</i><br>perennique memoria.                                                                                              |
| 4 a. Hic mox in ipsa<br>tendera infantia<br>Benedicti<br>patris oboedientia                      | 4 b. Clarus enituit<br><i>et, post Petrum</i><br>dum calcat aequora,<br>consodali<br>vitae fert suffragia.                                                             |
| 5 a. Alter non tertius<br>cernit daemonis ridicula,                                              | 5 b. Qualiter abstraxit<br><i>ab ecclesia</i><br>fratrem foras ad spectacula.                                                                                          |
| 6 a. Levitica stola<br>debilem reformat<br>sospitate prima.                                      | 6 b. Hinc cura maxima<br>veneratur illum<br>Benedictus abba.                                                                                                           |
| 7 a. Comitis vice Domini<br>curat incommoda,<br><br>fracti famuli<br><br>sanctus sanat vestigia. | 7 b. Contulit caeco gemina<br>per pulchra lumina,<br><i>quae non dederant</i><br>naturae munera,<br>tresque mortuos<br>vitae redditum sanctae<br>per trinitatis opera. |
| 8 a. Patris dulcissimi,<br>dum migrat ad superna,<br>cernere gloriam<br>dignus est e terra;      | 8 b. Lampades coruscant<br>ornamentaque mira,<br>angelus indicat,<br>cuius haec sit via.                                                                               |
| 9 a. Nos merita tua,<br>sancte, clarisona<br>resonamus lyra;                                     | 9 b. Tu corpora nostra,<br>tu semper animas<br>gratia paterna                                                                                                          |

10. Refove, petimus,  
salute aeterna  
et conserva.

Offic. ms. S. Mauri saec. 12. ex. Cod. Petroburgen. F I 27. — Daraus Gillert in Briegers Zeitsch. f. Kirchengesch. IV, 610. Er bemerkt: „Diese Sequenz ist nicht so regelmäsig wie die vorhergehende gebaut.“ Sie folgt sehr regelmäsig der etwas unregelmäsig Notkerschen Melodie Captiva. Vgl. Schubiger, Sängerschule Mel. 20. — 7b, 1 Contulit caecigenita (Gillert).

265. De sancto Michaele.

- |                                                                                           |                                                                                               |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Decantemus congaudentes<br>Pretiosam recolentes<br>Angelorum gloriam,                | 1 b. Qui virtute deitatis<br>Intuentur trinitatis<br>Unicam substantiam,                      |
| 2 a. Super omnem creaturam<br>Rector fecit hanc naturam<br>Rerum ab exordio;              | 2 b. Legislator ut narravit,<br>Hi sunt caeli, quos creavit<br>Deus in principio.             |
| 3 a. Hi ministrant deitati,<br>Astant trinae unitati<br>Famulantes iugiter,               | 3 b. Pias laudes depromentes,<br>Omnes Deo decantantes<br>Sanctus, Sanctus pariter.           |
| 4 a. Inter quorum hymnos primus<br>Est, ad caelos per quem imus,<br>Michael archangelus,  | 4 b. Per quem ab Aegypto motus<br>Ad promissam terram totus<br>Pergit Dei populus.            |
| 5 a. Qui in templo sancto Dei<br>Sub figura sacrae rei<br>Iuxta aram cerneris,            | 5 b. Stans incensum habens multum,<br>Vapor huius hic ad vultum<br>Arcae novi foederis.       |
| 6 a. Sed ut tecta detegantur<br>Et in lucem producantur<br>Haec sacra mysteria:           | 6 b. Templum sanctum plebs est<br>Christi;<br>Ara, iuxta quam fecisti,<br>Cordis conscientia; |
| 7 a. Aurum, in quo sunt incensa,<br>Mens est prudens et succensa<br>Per divinum spiritum; | 7 b. Scandens fumus incensorum<br>Piae preces sunt iustorum,<br>Quos fers ante Dominum.       |
| 8 a. Servus agens, cuius ore<br>Rapis praedam, fit honore<br>Insignitus gemino;           | 8 b. Plebis Christi cor et sensum,<br>Templum, aram et incensum<br>Offers totum Domino.       |
| 9 a. Ergo, signifer polorum,<br>Pie princeps angelorum,<br>Duc ad caeli gaudia            | 9 b. Nos devote celebrantes<br>Pias laudes et psallentes<br>Tua patrocinia.                   |

Grad. ms. Franciscan. in Csiksomlyo saec. 15. Cod. Mus. Hungar. lat.  
3. — 5b, 2 Lies Vapor huius (cuius) it ad vultum? — 8a, 1 Sernis agens.

266. De ss. Michaele, Gabriele, Raphaele.

- 1 a. Angelorum in conspectu  
Puro psallat intellectu  
Mens devota, sobria;
- 1 b. Quorum vires, quorum esse  
Plene novit et expresse  
Dei sapientia.
- 2 a. Divae mentis hi sunt mentes,  
Ei semper adhaerentes  
Caritate nimia.
- 2 b. Mente mens est prosequenda,  
Nec sunt tamen subtrahenda  
Laudum linguae munia.
- 3 a. Ut auctori sit devotum  
Toto nisu plasma totum,  
Perpes est iustitia.
- 3 b. Laudet ergo totus homo  
Caeli regem et in domo  
Militantes regia.
- 4 a. Quorum virtus, quorum decor  
Plus me fugit, dum plus sequor  
Eorum vestigia.
- 4 b. Post hos currens me fatigo  
Et, dum eos investigo,  
Quaedam intro retia.
- 5 a. Quiddam tamen apprehendo,  
Quod descendens, dum ascendo,  
Capio sublimia,
- 5 b. Et dum quaero quod est minus,  
Meus magis capit sinus  
De maioris gloria.
- 6 a. Nam subtilis haec et pura  
Creatoris creatura  
Quaedam est notitia;
- 6 b. Honor vigens in creatis  
Pandit, cuius potestatis  
Sit rex creans omnia
- 7 a. Quantus debet ille credi,  
Cuius pes ne possit laedi,  
Cavet haec familia,
- 7 b. Quae transsendit in decore,  
In vi mentis et fulgore  
Cuncta visibilia.
- 8 a. Illis iure laus debetur,  
Quorum Deus nos tuetur  
Vigili custodia,
- 8 b. Ne nos laedant, quantum volunt,  
Qui de caelo pulsi colunt  
Loca mundi varia;
- 9 a. Qui virtute Michaelis  
Effugati sunt de caelis,  
Dei tamen gratia.
- 9 b. Hic est princeps summi coetus,  
Sub quo ruit inquietus  
Draco fovens vitia.
- 10 a. Insistamus eius laudi,  
Ut erexit hostis fraudi  
Poli pandat atria.
- 10 b. Veneremur Deo carum  
Conductorem animarum  
Ad caeli palatia.
- 11 a. Sit laus iugis Gabrieli,  
Cui sua rector caeli  
Credidit mysteria;
- 11 b. Hic est Dei fortitudo,  
Quem superna celsitudo  
Destinat ad fortia.
- 12 a. Iste missus ad Mariam  
Ad salutis nobis viam  
Posuit initia;
- 12 b. Dum per eum salutata  
Fit ex Deo gravidata  
Patris parens filia.
- 13 a. Qui tam potens es et fortis,  
A funestae nos cohortis  
Protege versutia,
- 13 b. Et, quam blande salutasti,  
Matrem castam agni casti  
Nobis reconcilia,

- 14 a. Ut haec per te suadentem  
    Apud natum et parentem  
        Nobis sit propitia,  
  
15 a. Raphaelem venerari  
    Ratione docent pari  
        Patrum testimonia;  
  
16 a. Curat caecum, docet viam,  
    Saram servat et Tobiam  
        Sanos per fumigia.  
  
17 a. Quam illustrat et decorat  
    Iesus Christus, quem adorat  
        Caelum, tellus, maria;
- 14 b. Quo solutos a peccatis  
    Nos conducat cum beatis  
        Ad aeterna gaudia.  
  
15 b. Qui fidelis comes viae  
    Deputatus est Tobiae  
        Trina dans remedia:  
  
16 b. Ipse nobis sit tutela,  
    Peregrinis lux, medela,  
        Socius in patria.  
  
17 b. Cui mille beatorum  
    Voces canunt angelorum  
        Et centena milia.

Grad. ms. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII. add. saec. 15.  
A. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20) B. — Miss.  
ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Marcian. L III 125. C. — 1b, 1 quorum  
sese C. — 2b, 3 linguae nimia C. — 5a, 1 Quidam C. — 11b, 3 Desinat  
C. — 17b, 3 fehlt C. — Der Text in B beginnt erst mit Str. 7a, 1: debet  
ille (das vorhergehende Blatt ist abgetrennt).

### 267. De sancto Nicasio.

- 1 a. Audi, martyr inclite,  
    Et exaudi debitae  
        Laudis sacrificium.  
  
2 a. Ave, pater patriae,  
    Foenerator gratiae  
        Talento multiplici.  
  
3 a. Tu es gregis masculus,  
    Tu es dexter oculus  
        Rhemensis ecclesiae.  
  
4 a. Te pastore praevio  
    Currit grex in stadio  
        Ad palmam victoriae.  
  
5 a. Ergo, pacis hostia,  
    Pande nobis ostia  
        Divinae clementiae.
- 1 b. Audi, praesul optime,  
    Vota mentis intimae  
        Et affectus cordium.  
  
2 b. Ave, pastor ovium,  
    Pastoris officium  
        Modo complens triplici.  
  
3 b. Tu es gregis speculum  
    Gregis mundans oculum  
        Exemplo munditiae.  
  
4 b. Tuae mortis pretio  
    Cessat indignatio  
        Divinae iustitiae.  
  
5 b. Tua prece praevia  
    Fiat nobis pervia  
        Verae via veniae.

Miss. Rhemense imp. Rhemis 1553. „In tono Prosa: Veni sancte  
spiritus.“

### 268. De sancta Oda.

- 1 a. Christo plaudet plebs mundata,  
    Oda gaudet odis data  
        Castitatis lilio,  
  
1 b. Quae sub die hodierno  
    Sanctis pie in superno  
        Sociatur solio.

- 2 a. Scotis rege virgo nata  
Christi lege est renata  
Sacro fonte gratiae,  
3 a. Servitute servulorum  
Ducta tute ad Gallorum  
Pervenit confinium,  
4 a. In aperto Deo dante  
Et Lamberto suffragante  
Visum sumpsit oculis.  
5 a. Spreto thoro coniugali  
Cupit choro virginali  
Vivere in gloria,  
6 a. Tendens mente ad divina  
Se sub gente Thessandrina  
Imponit tugurio,  
7 a. Post mortalis vitae cursum  
Ad vitalis regni sursum  
Transfertur fastigia;  
8 a. Christo caelis coronata,  
Terra melis frequentata  
Colitur christicolis,  
9 a. Vitam prece, Oda, munda,  
Mundi faece ab immunda  
Munda nos clementia,
- 2 b. Visu caret oculorum,  
Luce claret meritorum  
Tempore infantiae.  
3 b. Pro salute oculorum  
Spe virtute beatorum  
Petit Leodium.  
4 b. Carnis vultu speciosa,  
Dei cultu gloriosa  
Fidem firmat populis.  
5 b. Mundi florem et ornatum,  
Genitorem, dominatum  
Deserit cum patria.  
6 b. Corpus terit, cor confortat,  
Hostes ferit et reportat  
Triumphum de vitio.  
7 b. Multis modis haec afficta  
Oda odis est addicta  
Virginum laetitia.  
8 b. Aegris dona sanitatis  
Dat matrona pietatis,  
Terrae salus incolis.  
9 b. Ut solvemur ab his malis  
Et laetemur aeternalis  
Luminis praesentia.

Grad. ms. Boscoducense saec. 15. Cod. Arch. S. Ioannis Boscoducen.  
n. — 3a, 3 confinia.

269. De sancto Onofrio.

- 1 a. Lingua tuarum praeconia  
Nequit virtutum  
contexere,  
Coetus exsultat harmonia  
Caeli, quae fovet  
retexere,  
Quae nostra nequit  
exprimere.
- 1 b. Merita tua recolere  
Nostra non sinit  
fragilitas,  
Quod ista desit extollere,  
Christi suppleat  
humanitas,  
Te quoque colens  
divinitas.
2. Coruscans aether coniubilat,  
Laetatur caeli militia,  
Suscipit Christus et baiulat  
In caelum te cum laetitia.  
Pellentes ergo convicia  
Procul cantemus Alleluia.

Miss. ms. Valentini saec. 15. Cod. Capit. Valentini s. n. A. — Miss. ms. Valentini imp. Valentinae 1509. B. — Miss. Valentini imp. 15\*\* C. — Miss. Gallicanum sec. consuet. eccless. Sicularum imp. Venetiis 1568. D. — 1a, 2 Nequit tutum BC. — 1a, 3 Deus exultat A; exulta D. — 1a, 4 Caelestis que fovet ABC: Caelestia quod faciunt D. — 1b, 4 supplet ABCD. — 2, 1 aethere BC. — 2, 4 tecum ABC; et cum D. — 2, 5 Nolentes ergo ABC.

270. De s. Ottone et Sociis.

- |                                                                                                                           |                                                                                                                            |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Honorum fastigio<br>Minorum religio<br>Patris natos efferat                                                          | 1 b. Ottonem cum ceteris,<br>Quos in thronos aetheris<br>Plebs evectos celebrat.                                           |
| 2 a. Ob virtutum munera<br>Clara nec non funera,<br>Quis fidem amplificant,                                               | 2 b. Exemplorum moribus,<br>Signorum splendoribus<br>Cunctosque clarificant.                                               |
| 3 a. Nam missi Marochium<br>Iniunctum negotium<br>De docendis gentibus<br>Fidis gerunt mentibus;                          | 3 b. Cur regum crudelitas,<br>Gentis infidelitas<br>Duro mulctos verbere<br>Hos occludit carcere.                          |
| 4 a. Ast non silent, quamvis silent,<br>Immo fundunt nec abscondunt<br>Iubar sapientiae,                                  | 4 b. Detestantes, aspernantes<br>Idolorum profanorum<br>Ritum exsecrabilem.                                                |
| 5 a. Non allecti blandimentis<br>His deiecti nec tormentis<br>Iesum dant laudabilem.                                      | 5 b. Rursus ipsis hinc lictores<br>Infligunt asperiores<br>Plagas et certamina;                                            |
| 6 a. Ac in latebris concludunt,<br>Ubi spoliatos trudunt<br>Constrictos per ligamina<br>Punctiva super stramina.          | 6 b. Eorundem seductorum<br>Rege sed Marochiorum<br>Coram spernunt Macho-<br>metum;<br>Ira pandit se repletum.             |
| 7 a. Hosque saevior serpente<br>Enses frangens tres repente<br>Sua manu decollavit<br>Ac cremari demandavit.              | 7 b. Rogus sed non tangit illos<br>Urens quidem, nec capillos,<br>Nec hoc loco citra pluit,<br>Quod stupendum est et fuit. |
| 8 a. Quorum corpora condivit<br>Fida plebs et sepelivit,<br>Sed fert Christus mentes caelo,<br>Quae certarunt tanto zelo, | 8 b. Hos coronans trino certo<br>Nobis prorsus inexperto<br>In caelesti gloria<br>Adepta victoria.                         |
| 9 a. Ergo, vitae concupitae<br>Finis et exordium,<br>Summum numen, verum lumen,<br>Iesu, dulcor cordium,                  | 9 b. Fac nos puros et securos<br>Ab inferni furia,<br>Horum prece strata nece<br>Locans caeli curia.                       |

10. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Franciscan. Amstelodamen. anni 1581. Cod. Weerten. Fa 7. — 5b, 1 lectores. — 6b, 1 Eorundem sed votorum.

271. De sancto Pantaleone.

- 1 a. Quam aeternis dignam donis  
Fecit dos Panthaleonis,  
Gaude, Nicomedia,
- 2 a. Claris puer ortus avis  
Mansuete simplex avis  
Servat innocentiam,
- 3 a. Generosi nitor vultus  
Puritate mentis fultus  
Puerum irradiat,
- 4 a. De carnali medicina  
Transit sacer ad divina  
Medicus remedia
- 5 a. Mira virtus est medentis,  
Morbos enim fugat mentis  
Pariter et corporum,
- 6 a. Rerum heres paternarum  
Herus potens fit earum  
Pater factus pauperum,
- 7 a. Surgit puer hoc iubente,  
Qui percussus a serpente  
Mortis iugo suberat;
- 8 a. Et exsultat martyr factus,  
Sed desaevit ira tactus  
Imperator acrius.
- 9 a. Meritorum huic testis  
Et coronae vox caelestis  
Fit ex novo nomine,
- 10 a. Ad laedendum laetus lenta  
Transit martyr per tormenta  
Superans divinitus,
- 11 a. Isti mare cedit viro,  
Saxi moles motu miro  
Super undas vehitur;
- 12 a. Primo caedi nescit ense,  
Per secundum adit mensae  
Caelitum convivia;
- 1 b. In qua natus est et passus  
Per virtutum martyr passus  
Vectus ad caelestia.
- 2 b. Nec dimittit hanc adultus,  
In crescente Dei cultus  
Crescit augens gratiam.
- 3 b. Rubet genis, flagrat fide,  
Per quam vires homicidae  
Frangit et humiliat.
- 4 b. Et infirmos curat gratis,  
Quos emunctos Hippocratis  
Laeserant auxilia.
- 5 b. Passim pascit indigentes,  
Cibo corpus, verbo mentes,  
Pastor Dei pecorum.
- 6 b. Mundo carne conversatur  
Et anhelat et levatur  
Cor ad alta liberum.
- 7 b. Serpens crepat, caecus videt,  
Spernit deos et irridet  
Surgens, qui languerat.
- 8 b. Igni sanctus applicatur,  
Vigor cuius annullatur  
Actus sui nescius.
- 9 b. Opem Dei miserentis  
Ei spondens in tormentis  
Et poenarum turbine.
- 10 b. Pugil fortis et insignis,  
Qui virtutem vincit ignis  
Igne sancti spiritus.
- 11 b. Lac propinat iugulatus,  
Per quod serto laureatus  
Virginali noscitur.
- 12 b. Quem qui pie veneramur,  
Eo duce perfruamur  
Eorundem gloria.

Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitat. LXXX (13) A. — Trop.  
et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. LVI (20) B. — Grad. ms. Civit-  
tatense saec. 14. in. Cod. Civitat. LVIII. C. — 1a, 1 dignum B. — 1b, 2  
virtutem A. — 6b, 2 Sed BC. — 7b, 2 Deus A. — 11a, 1 cedunt A.

272. De sancto Paulo.

- 1 a. Doctori gentium,  
Gentes, aplaudite  
Votaque mentium  
Voce depromite.
- 1 b. Pastori gregibus  
Curam impendere,  
Pastorem ovibus  
Incumbit colere.
- 2 a. Electum vasculum,  
Honoris ferculum  
Tumoris vacuum  
Iure percolitis,  
Qui veri quaeritis  
Fontis irriguum.
- 2 b. Exempli gratiam  
Laudis materiam  
In hoc exsilio  
Confert et gaudium  
Doctoris gentium  
Sacra conversio.
- 3 a. Rapax mane,  
Sero munificus,  
Non inane  
Beniamin typicus  
Tulit auspicium.
- 3 b. Parit mater  
Doloris filium,  
Vocat pater  
Dextrae suffragium  
Doctus mysterium.
- 4 a. Quod Saulus rapuit,  
Paulus distribuit,  
Divisit spolia \*  
Legis in gratia. \* \* \*
- 4 b. Quem Annas statuit  
Ducem malitiae,  
Christus exhibuit  
Ministrum gratiae.
- 5 a. Dum vacat caedibus,\*  
Caecatus corruit,  
Lapsa de nubibus  
Vox eum arguit:
- \* 5 b. „Cur me persequeris,  
Saule, nec sequeris?  
Cur in aculeum  
Vertis calcaneum?
- 6 a. „Cum me persequeris,  
Praestare crederis  
Mihi obsequium,  
In meis fratribus  
Cruentis manibus  
Versando gladium?
- 6 b. „Excessit litera,  
Cesserunt vetera,  
Praeconem gratiae  
Te nunc constituo,  
Surge continuo,  
Locum do veniae.“
- 7 a. O plena gratia,  
De cuius cumulo  
Arenti copia  
Redundat saeculo!
- 7 b. Felix vocatio  
Non propter meritum,  
Larga donatio  
Sed praeter debitum!
- 8 a. Per aquae medium,  
Per ignem spiritus  
Ad refrigerium  
Transit divinitus.
- 8 b. Mutato nomine  
Mutatur moribus,  
Secundus ordine,  
Primus laboribus.
- 9 a. Par est apostolis  
Vocatis primitus,  
Praeest epistolis  
Vocatus caelitus.
- 9 b. Ter virgis caeditur  
Semel lapidibus,  
Ter mari mergitur  
Nec perit fluctibus.

10 a. Ad caelum tertium  
Raptus in spiritu  
Dei mysterium  
Mentis intuitu  
Intuetur nec loquitur,  
Quia nec loqui sinitur.

10 b. O pastor inclite,  
Pastorum gloria,  
Felici tramite  
Tua ovilia  
Deduc, perduc, constitue  
Perennis loco pascuae.

Miss. ms. Leodiense saec. 15. Cod. Vatican. 3808. A. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90. B. — Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15/16. Cod. Bruxellen. 18125. C. — Miss. Leodiense imp. Delf s. a. (1485). D. — 2 a, 3 Timoris D. — 3 a, 3 Vero mane A. — 4 a, 4 Regis B; in gloria C. — 6 b, 2 veretra B. — 7 a, 2 tumulo A. — 7 b, 4 propter AB. — 9 a, 2 Vocatus AB. — 9 a, 3 apostolis A. — 10 b, 6 Perenni C. — Cfr. Anal. Bolland. VI, 401.

273. De sancto Petro.

1 a. Almiflua  
turba caelestis gaudet,  
laudes Deo dare  
in astris non cessat.

1 b. Et terrena  
agmina voto puro  
concrepantes eius  
laudent potentiam.

2 a. Gloriosus in sanctis,  
in aeternum qui constat,  
cuius virtus  
est, quod ipsi peragunt.

2 b. In hac ergo nunc die  
eius primum gloriae  
concinentes  
clavigerum, principem,

3 a. Apostolum,  
eius pro laude  
extollamus  
Petrum vocatum  
cum fratre  
ad docendum populum.

3 b. Nam hodie  
Christi pro fide  
crucifixus  
scandit ad caelos,  
socius  
spiritibus cum sanctis.

4 a. Princeps cunctorum  
ecclesiae  
exstat Petrus  
  
Fidelium,  
per cuius fidem  
salvi facti  
populi  
nunc exsultant in orbem.

4 b. Qui ter magistrum  
noctu negans  
galli vocem  
  
Recordatus,  
quod tunc deliquit,  
lacrimando  
devote  
mane prima delevit.

5 a. Ad te, Deus,  
nunc conversi  
corde supplici  
deposcimus,  
ut relaxes nostras culpas.

5 b. Nam pro nobis  
natum tuum  
mundo misisti,  
qui sanguine  
nos redemit de proprio.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 11. Cod. Angelic. B III 18. — 2 a, 4 ipsis. — 2 b, 1 dies. — 2 b, 4 clavigerunt. — 4 a, 3 est ad Petrus. — 5 b, 4 sanguinem.

274. De sancto Petro.

- 1 a. Petrus sequens Dominum  
Fit piscator hominum,  
Fit retium laxator,
- 2 a. Dum duodecim gregantur  
Et apostoli vocantur,  
Hic est primus canone.
- 3 a. Ex hoc Petrus appellatur  
Et ecclesiae locatur  
Fundamentum,  
Spernens ventum,  
Spernens portas inferi.
- 4 a. Pro se Petrus ut pro Christo  
Censem solvit, ut in isto  
Declaret se vicarium.
- 5 a. Vitae Dorcadem dat piam,  
Morte punit Ananiam,  
Damnat trucem simoniam,  
Baptizat Cornelium.
- 6 a. Hinc Romanas arces adit,  
Simon cum Nerone cadit;  
Vera cruce  
Petrus duce  
Se minorem praedicat.
- 7 a. Et nos tuas oves, Christe,  
Quas pastor suscepit iste,  
Tibi reddat caelitus,
- 1 b. Hinc praefertur ceteris  
Claviger ut aetheris  
Et culpae condonator.
- 2 b. Verbum, quod se carne celat,  
Pater, non caro revelat  
Neque sanguis Barionae.
- 3 b. Vedit se transfigurantem  
Et secretius orantem,  
Suscitatam  
Videt natam  
Intra domum Iairi.
- 4 b. Calcat mare, ter amorem  
Fassus diluit priorem  
Negandi sic ternarium.
- 5 b. Ab Herode carceratus  
Et ab angelo laxatus  
Antiochiae praelatus  
Turbis est fidelium.
- 6 b. Ergo, Simon Petrus, Cephas,  
Caelos pandat laxans nefas;  
Umbra quippe  
Sua lippae  
Mentis morbos medicat.
- 7 b. Ut locetur intra caulas  
Et caelestis patris aulas  
Civis et proselytus.

Grad. ms. Wormatiense (?) saec. 13. Cod. Mus. Germanici 7068. A. —  
Miss. Wormatiense imp. s. l. et a. (1522). — 1a, 3 Fitque AB. — 4a, 2  
solvat A. — Mel.: Mane prima sabbati.

275. De sancto Petro.

- 1 a. Princeps, dux ecclesiae,  
Petrus fulget hodie  
Pastor factus ovium;
- 2 a. Claves tenes nunc caelorum,  
Super terram populorum  
Solvis, ligas animas;
- 3 a. Calcat mare gressibus,  
Paene mersum fluctibus  
Christus elevavit;
- 1 b. Pisci iacit retia,  
Iecit ad imperia  
Et ad mentes omnium.
- 2 b. Solve vincla delictorum,  
Pastor clemens, adfictorum  
Vide, terge lacrimas.
- 3 b. Piscis os aperuit  
Stateremque repperit,  
Didragma donavit.

- 4 a. Super solem refulgentem,  
Transformatam supra montem  
Vidit Christi faciem,
- 5 a. Gallus cantans arguit,  
Flens, dolens ingemuit,  
Veniam meretur;
- 6 a. Umbra sanat corporali,  
Virga data pastorali  
Suscitat discipulum,
- 7 a. Baptizat Cornelium,  
Magum per daemonium  
Volantem prostravit,
- 8 a. Se amare ter fatetur,  
Gregem pascere iubetur  
Verbo, vita, pabulo;
- 9 a. Super thronum collocaris,  
Caele, mundo principaris,  
Petre beatissime,
- 4 b. Christo spondet inflammatus:  
Pro te mori sum paratus,  
Ense fugat aciem.
- 5 b. Timens ostiariam  
Regum nec potentiam  
Nec minas veretur.
- 6 b. Petronillam aegram sanat,  
Marcum docet, unde manat  
Doctrina per saeculum.
- 7 b. Tabitam resuscitat  
Et, dum templum visitat,  
Claudum reparavit.
- 8 b. Versa cruce crucifixus  
Stat in Deo totus fixus,  
Docet de patibulo.
- 9 b. Fac nos tecum confessores,  
Coheredes, possessores  
Vitae felicissimae.

Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (13). A. — Trop.  
et Sequent. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20) B. — Grad. ms.  
Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. C. — 1b, 1 iacet A. — Nach  
7b schiebt B zwei Halbstrophen (7a und b) aus der Sequenz Per errorem  
ductus vanum ein.

### 276. In s. Petri ad Vincula.

1. Nunc luce alma  
splendescit per orbem  
haec dies, ecce, gloria.
- 2 a. Almi recolamus  
Petri voce celsa,
- 3 a. Vincentis  
amorem ob supernum  
crucis sacrae tropaea,
- 4 a. Puro corde fraterna  
iubiletque turba.
- 5 a. Accipiens,  
claviger effectus,  
nostra resolvens vincula,
- 6 a. Iungat coetu  
sancto culmine  
in poli  
paradisque amoenia.
- 2 b. Gratanter modulos  
accommodeat lingua.
- 3 b. Meritum  
gloriamque praelatam  
in caelesti gloria
- 4 b. Qui a Christo ligandi  
solvendique dona
- 5 b. Sublevando  
aetheris sedibus  
potestate nos tradita,
- 6 b. Ubi adorat  
ordo te, Christe,  
psallendo  
harmonica voce cantica

- 7 a. Nova sanctorum resonantium voce angelicus melica
- 7 b. Cum maiestatem supernam tuam poscentes humili- ter almam.
- 8 a. Cui digna nos cum illis resonemus una rhythmica in excelsis carmina
- 8 b. Caelestique in gloria trinum atque unum iugiter veneremur in arva.
- 9 a. Celsa potestas angelica
- 9 b. Ovans te laudat in gloria;
- 10 a. Virtutes caeli te glorificant per astra, \*
- 10 b. Nostra exaudi, \* angelorum
- \* Qui patris sedes ad dexteram. \* \* Et famulorum iungens voces, precamina,
- 11 a. Quorum vocibus ut caterva
- 11 b. Glorificet semper te et nostra

12. Regnantem iure  
cum sanctis in aeternum.

Grad. ms. Fossatense saec. 13. Cod. Parisien. 13254. A. — Miss. ms. Beccense saec. 13. Cod. Parisien. 1105. B. — Grad. ms. Rothomagense saec. 14. Cod. Parisien. 905. C. — Miss. ms. Rothomagense saec. 15. Cod. Parisien. 863. D. — Miss. ms. Oxoniense anni 1384. Clm. Monacen. 705. E. — Miss. ms. Sarisberiensse saec. 15. Cod. Rossian. VIII 213. F. — Miss. Herefordense imp. Rothomagi 1502. G. — Aufserdem: Miss. ms. Rothomagense saec. 14. Cod. Parisien. 17817. — Miss. ms. S. Laudi Rothomagensis saec. 14. ex. Cod. S. Genovefae Parisien. BBl. Fol. 5. — Findet sich überhaupt in vielen französischen und englischen Quellen, deren Varianten belanglos sind.

1, 2 splendescat B. — 1, 3 ecce fehlt C. — 2 b, 2 accomodet in quam A; alle anderen Quellen in qua, welches völlig unverständlich erscheint; celsa (2a, 2) dürfte als Object von recolamus aufzufassen sein. — 3a, 1 Vincenti A. — 3a, - amorem et supernum A; superum D; ob fraternum G. — 3 b, 1 Merito E. — 3 b, 2 gloriam et E; perlata AB. — 4 a, 1 Pio corde ABF. — 4a, 2 iubilatque C; tuba ABDG, turma F. — 4b, 2 solvendi et dona ABC. — 5 b, 2 aethereis A. — 6 a, 1 Iungit A. — 6 a, 4 amoena C, harmonia A. Zu dem Substantiv amoenia f. g. ist das zur Latinität der Martialer Sequenzen Bemerkte (Anal. VII, S. 12) zu vergleichen; dahin gehört auch arva (8b, 5). — 7a, 1 Sona A. — 7a, 2 resonantum BC. — 7a, 3 laude ABF; angelicis A, angelici E, angelica C. Angelicus ist zu verbinden mit ordo (6b, 2) als Subject der 3 Clauseln 6 b, 7a u. 7b. — 7a, 4 milia AE, mellea G, mellica DF, inclita D. — 7b, 1 Dum D. Cum ist entweder mit voce (7a, 3) zu verbinden — cfr. culmine in (6a, 2) — oder mit poscentes (7b, 3; zu cum c. accus. vergleiche man die zahlreichen Beispiele in Anal. VII, S. 14). — 8a, 1 Qui D, Huius A. — 8a, 5 cantica A. — Für die richtige Abteilung der Strophen 9 u. 10 giebt die Melodie allein sicheren Anhaltspunkt. — 10a, 2 glorificant BC. — 10b, 4 junge A; per carmina A. — 11a, 1 Tuorum ABC. Tuorum wahrt freilich besser die Symmetrie zu 11b, 1; aber es stört den Sinn; auch in der Melodie ist hier kein Parallelismus gewahrt. —

11b, 1 sq. te semper et AD. — 12, 1 Regnament in te D. — In den Analecta Liturgica (I, p. 160) ist bemerkt: „L'obscurité de ce morceau est, par endroits, presque impénétrable;“ gilt das vom Text der Quellen, so noch weit mehr in Folge einer ganz unbegreiflichen Interpunktions von jenem Texte, den Misset-Weale ebendort vorlegen.

277. In s. Patri ad Vineula.

- 1 a. Per errorem ductus vanum  
Misit rex Herodes manum,  
Ut quosdam affligeret;
- 2 a. Azymorum erant dies,  
Per quos vana datur quies  
Iudeorum populo;
- 3 a. Commendatur vinculatus  
His, qui cingunt ense latus,  
Bis octo militibus,
- 4 a. Qui, dum esset producendus,  
Fretus fide, spe colendus,  
Visitatur caelitus;
- 5 a. Per legatum valde dignum,  
Sicut notuit per signum,  
Dum catena rumpitur,
- 6 a. Ad aspectum tanti viri  
Propter novitatem miri  
Putat, quod sit visio;
- 7 a. Nam dum transit per custodes,  
Quos statuerat Herodes  
Petri fugae timidus,
- 8 a. Petrus est ad se reversus,  
In stupore primo mersus  
Et laudando Dominum
- 9 a. Per ductorem mihi datum  
Me cognosco liberatum  
Divino miraculo
- 10 a. Ergo, claviger caelorum,  
Solve vincla peccatorum,  
Ut de sorte beatorum  
Mereamur effici,
- 1 b. Zebedaei natum stravit  
Subsequenter ac tentavit,  
Ut et Petrum caperet.
- 2 b. Quibus talia placebant,  
Quia caeci nil videbant  
Rectae mentis oculo.
- 3 b. Ut post pascha duceretur  
Et a vulgo quaereretur  
De suis operibus.
- 4 b. Nocte carcer illustratur,  
Captivato praeparatur  
Admirandus exitus.
- 5 b. Excitatur a sopore  
Et sublata poena morae  
Ad iter praecingitur.
- 6 b. Sed resumpto statu mentis  
Per adfatum conducentis  
Cessat haec opinio.
- 7 b. Ultro clausa porta patet;  
In miraculis non latet,  
Quod sit Dei nuntius.
- 8 b. Dixit: Vere scio, quia  
Mihi patet tuta via,  
Metus habet terminum.
- 9 b. Ab Herode et Iudeis,  
Persecutoribus meis;  
Sum sine periculo.
- 10 b. Post catenas huius vitae  
Invitati per Venite  
Illo dulci pane vitae  
Valeamus refici.

Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20) A. —  
Miss. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXX (13) B. — Grad. ms.  
. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII. C. — Grad. ms. Civitatense  
saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. D.

278. De ss. Petro et Paulo.

1. Principes veneremur  
nunc ordinis  
apostolici,

2 a. Ad Christum  
qui mundum  
sanctis deducunt  
exemplis,

3 a. Ianitor  
caelorum pastorque  
o animarum inclite,  
Contra quem nil  
valent inferni  
portae, sed fractae  
corruunt,

4 a. Iesus, dominus noster,  
caelica dum petuit  
Et spiritum sanctum  
cordibus dum tradidit  
tui sociorumque tibi,

5 a. Iam tandem Romanum  
orbem transvolas  
signis prodigiisque replens

6 a. Tu, Paule,  
postquam gentibus  
paene cunctis,  
postquam tu Graecis  
universis  
mandaveras  
Christi perpetua  
munera,

7 a. Hodrinam  
ergo diem  
martyrio [vestro] o quam  
dignissimo  
ornantes,

2 b. Qui verbis  
et factis  
gentes persuadent  
credere.

3 b. Tu Petrus  
es, supra quem firma  
stant pietatis opera,  
Tu imperas  
machinae cunctae,  
quam Deus auctor  
condidit.

4 b. In gentibus cunctis  
lux pia quo micaret,  
Iudaicis oris  
divina charismata,  
Petre sanctissime, foederas.

5 b. Urbemque Romuleam  
mortis gloria  
vexilloque crucis superas.

6 b. Tu, Paule,  
Romam veniens,  
visione  
Simon Neroque  
vincerentur,  
laboribus  
Petri sanctissimi  
subvenis.

7 b. Plebiculae  
pia vota  
suscipientes, terrena  
caelestibus  
haereant,

8. Facite, peccata  
quod precibus vestris  
solvat rex regum  
regnans saecula  
per cuncta.

Miss. ms. S. Arnulphi Meten. anni 1321. Cod. Meten. 133. — 4a, 1  
dominus. — 4b, 3 Iudeis horis. — 8a, 1 Facite in der Hs. noch zu 7b gezogen.

279. De ss. Petro et Paulo.

- 1 a. Roma, nutrix Augustorum,  
Gratuleris ad tantorum  
Principum sollemnia;
- 1 b. Primitivus fons erroris,  
Sed caelestis vi pastoris  
Facta tributaria.
- 2 a. Roma gaudet, felix villa,  
Sponsa Christi, non ancilla  
Multiformis daemonis,
- 2 b. Nazarei mater gregis  
Post Neronis mortem regis  
Et occasum Simonis.
- 3 a. Huius artes verbo Dei  
Piscatoris Galilaei  
Longe virtus expulit,
- 3 b. Panem dum sanctificatum  
Contra gregem simulatum  
Canum Petrus protulit.
- 4 a. Turris lignis fabricata  
Novit, quantum Dei data  
Possunt Petri retia,
- 4 b. Dum descendit in infernum  
Convolutus ad supernum  
Nova magi gloria.
- 5 a. Exspectantes deforis  
Umbra sancti corporis  
Multis a languoribus
- 5 b. Multos plene liberat  
Et dolorem temperat  
Suis cum ardoribus.
- 6 a. . . . .  
. . . . .  
. . . . .
- 6 b. Restitutis gressibus  
Servi Dei precibus  
Praesens psallit clericus.
- 7 a. Mira virtus, mira vita,  
Surgit a morte Thabita,  
Luci vivit iterum,
- 7 b. Sana redditur egenis,  
Viribus firmata plenis  
Curam habet pauperum.
- 8 a. Haec convertit ab errore,  
Quae nec dici possent ore,  
Turmas infidelium;
- 8 b. Per hanc pariter virtutem  
Multos vocat ad salutem  
Paulus, doctor gentium.
- 9 a. Furens prius Graecia  
Tota cum Galatia  
Credit evangelio;
- 9 b. Sumunt et Corinthii  
Semen evangelii  
Pauli magisterio.
- 10 a. Hi sunt luminaria  
Duo radiantia  
Semper ante Dominum,
- 10 b. Quorum potestatibus  
Caelum clausum nubibus  
Imbri ponit terminum.
- 11 a. Quorum alter cruci datus,  
Alter gladio truncatus,  
Caelo gaudent pariter;
- 11 b. Quorum precibus adiuti  
Perditae pridem saluti  
Reddamur alacriter.

Miss. ms. Hispalense saec. <sup>14/15.</sup> Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
Miss. ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83. 15. B. — Miss.  
ms. Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 83, 17 C. — Miss. ms.  
Hispalense saec. 15. Cod. Columbin. Hispalen. 85, 18 D. — Miss. Hispa-  
lense imp. Hispali 1507. E. — 1 a, 2 Gratularis E. — 1 b, 2 in pastoris A. —  
3 a, 2 piscatores A. — Str. 3 b sqq. fehlen CDE. — 4 a, 2 Novit cantu AB;  
Dei dura B. — 4 b, 3 magis A. — Str. 5 sqq. fehlen B. — 5 b, 1 Multis A;  
Multos gehört zu Exspectantes; l. vielleicht: Multos a languoribus | Multis. —  
7 a, 3 Ducis A. — 9 b, 3 magisteria A. — 10 b, 3 Imbra A.

280. De s. Petro Caelestino.

- |                                                      |                                                      |
|------------------------------------------------------|------------------------------------------------------|
| 1 a. Caelestino decantemus<br>Sollenni tripudio,     | 1 b. Patri nostro iubilemus<br>Filiali gaudio.       |
| 2 a. Ipsum Deus sublimavit<br>Papatus officio,       | 2 b. Quem in caelis sociavit<br>Sanctorum collegio.  |
| 3 a. Sanctum probat hora mortis<br>Crucis apparitio, | 3 b. Prece cuius conservetur<br>Haec nostra religio. |
| 4 a. Ergo laudes Caelestino<br>Concinat haec contio, | 4 b. Ut ipsius digni simus<br>Caelesti consortio     |

Post mortem carnis.

Miss. Romanum imp. Parisiis 1517. A. — Miss. Romanum imp. Lugduni (Crespin) 1535. B. — 1b, 1 und 3b, 2 beweisen, dass die Sequenz für Cölestin gemacht war. — Mel.: Sospitati dedit aegros.

281. De sancta Petronilla.

- |                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ave, sponsa Christi vera,<br>Ave, mitis et sincera,<br>Ave, virgo Deo digna,<br>Christo prece me consigna.<br><br>Preces audi, praesta votum,<br>Cor in bono fac immotum. | 1 b. Confer mibi cor contritum,<br>Rege visum et auditum,<br>Rege gustum et olfactum,<br>Virgo sancta, rege tactum,<br><br>Ut in cunctis te regente<br>Vivam Deo pura mente.    |
| 2 a. Tutum mihi fer ducatum,<br>Plasmatorem fac placatum,                                                                                                                      | 2 b. Esto mihi consolatrix,<br>Pro me sis interpellatrix.                                                                                                                       |
| 3 a. Christum pro me interPELLA,<br>Salva mortis de procella,                                                                                                                  | 3 b. Superare fac me mundum,<br>Ne demergat in profundum.                                                                                                                       |
| 4 a. Ne me sinas naufragari<br>In peccatis in hoc mari.<br><br>Virgo Dei, nunc memento,<br>Quo labore, quo tormento<br>Regnum Dei meruisti<br>Et sic caelos ascendisti.        | 4 b. Potens in conspectu Dei,<br>Memor esto, precor, mei,<br><br>Memor esto supplicantis,<br>Memor esto, quod in tantis<br>Sim peccatis constitutus,<br>Multis malis involutus. |
| 5 a. Visita tu me infirmum<br>Et in bonis fac me firmum.                                                                                                                       | 5 b. Agonista Dei fortis,<br>Esto praesens hora mortis,                                                                                                                         |
| 6 a. Occubentem fove, leva<br>Et de morte solve saeva,                                                                                                                         | 6 b. Ut resurgam novus homo,<br>Civis in caelesti domo.                                                                                                                         |
| 7 a. Duplex mors ne me infestet;<br>Iesus Christus illud praestet                                                                                                              | 7 b. Tua prece exoratus,<br>Idem pater, idem natus,                                                                                                                             |
| 8. Idem utriusque flamen,<br>Qui vivit et regnat. Amen.                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                 |

Miss. Gallicanum ad consuet. eccl. Sicularum imp. Venetiis 1568. — 1b, 6 Et vivam. — 6b, 1 Et resurgam. — 6b, 2 Cuius in.

282. De sancta Pharahilde.

- |                                                                                      |                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Felici conubio<br>Regi regis filio<br>Nupsit virgo regia,                       | 1 b. Pharahildis caelitus<br>Inspirata penitus<br>Mundi sprevit gaudia.         |
| 2 a. Deum sequens puro corde<br>Cor ab omni virgo sorde<br>Mundavit [et] lascivia,   | 2 b. In aetate puerili<br>Reputavit pro re vili<br>Bona mundi labentia.         |
| 3 a. Ad vitae perpetuae<br>Requiem assiduae<br>Anhelabat anxia,                      | 3 b. Nihil in hoc saeculo<br>Concupivit iaculo<br>Iesu Christi saucia.          |
| 4 a. Ter denorum cum annorum<br>Complevisset spatia,                                 | 4 b. Maritatur, viro datur,<br>Firmantur coningia.                              |
| 5 a. Pharahildis iuncta sposo<br>Fundit preces in absconso<br>Trahitque suspiria;    | 5 b. Deus votis eius cedit,<br>Qui privari non concedit<br>Eam pudicitia.       |
| 6 a. Hinc maritus imperitus<br>Commotus insania                                      | 6 b. Torquens eam tamquam ream<br>Addens improperia.                            |
| 7 a. Sponsae sponsus iniuriam<br>Vertit ad ignominiam,<br>Dicit ad supplicia;        | 7 b. Equo lapsus conteritur,<br>Contritus membris moritur<br>Dictante iustitia. |
| 8 a. Virgo clemens et illustris<br>Sex cum viro vixit lustris<br>Pollens castimonia, | 8 b. Et post annos ter denos ter<br>Liberator eam noster<br>Recepit in gloria.  |
| 9 a. Huius ergo virginis<br>Preces summi numinis<br>Nos ducant ad atria,             | 9 b. Ubi sine termino<br>Laetemur cum Domino<br>Perenni laetitia.               |

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. J 10. — 4 b, 1 virgo  
datur. — 7 a, 2 Convertit. — 8 b, 2 noster eam. — 9 b, 3 In perenni.

283. De ss. Philippo et Iacobo.

- |                                                                                 |                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Caelum, tellus et maria<br>Mellita promant carmina<br>In laude salvatoris, | 1 b. Apostolorum meritum<br>Chori clament fidelium<br>Voce cordis et oris.      |
| 2 a. Apostolus nunc Iacobus,<br>Alphaeo patre genitus,<br>Laudetur cum gaudio,  | 2 b. Qui nitens pudicitia<br>Clarus et sapientia<br>Praefulget eloquio.         |
| 3 a. Hunc virum admirabilem<br>Ordinavit in praesulem<br>Coetus apostolicus.    | 3 b. Dum ergo voce libera<br>Christi pangit magnalia<br>Homo sic veridicus,     |
| 4 a. De pinna mox deicitur<br>Et pertica percutitur<br>Fullonis crudeliter.     | 4 b. Sic Christi factus hostia<br>Perductus est ad atria<br>Caelorum feliciter. |

- 5 a. Sed Philippus, vir insignis,  
Clarum vita atque signis,  
Praedicator fervidus,  
6 a. Suscitatis sic defunctis  
Sanatis atque languidis  
Sacram crucem erigit,  
7 a. Hic haeresim sacrilegam  
Destruxit quam mortiferam  
Dei providentia;  
8 a. Iesu dulcis et benigne,  
Cuius nomen est insigne  
Dulce salutiferum,

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523.

- 5 b. Dum Iesum Scythis nuntiat,  
Saevum draconem effugat,  
Vir digne commendandus.  
6 b. Sic fundata ecclesia  
Miranda Dei gratia  
In Asiam pervenit.  
7 b. Post exhortatis fratribus  
Crucifixus a gentibus  
Transfertur in gloria.  
8 b. Apostolorum precibus  
Nos concede caelestibus  
Frui in perpetuum.

#### 284. In s. Philippi de Argirione.

- 1 a. Sancte Philippe,  
confessor Christi,  
2 a. Opem confer miseris  
atque mundo tristi,  
3 a. O confessor Philippe,  
pro salvatoris amore  
4 a. Et promissione Christi,  
quia, quod petis, obtinuisti.  
5 a. Confer solamen  
meritis [et] tolle gravamen,

Miss. Gallicanum ad consuetudinem ecclesiarum Sicularum imp. Venetiis 1568.

- 1 b. Qui pro Iesu nomine  
labores pertulisti,  
2 b. Qui caelestis luminis  
regna meruisti.  
3 b. Fac nos corde fore  
dignos deitatis honore  
4 b. Da populo tristi,  
quae moriendo petisti,  
5 b. Iudicis examen,  
fac, mites it omnibus. Amen.

#### 285. In festo sanctorum Pontificum Traiectensium.

- 1 a. Iucundemur ad tantorum  
Laudes patrum beatorum,  
Quorum de consortio  
2 a. Diaphanitas superna  
Luce claret ab aeterna  
Plenis fulta radiis;  
3 a. Vere felices proceres,  
Qui veteris degeneres  
Actus necarant hominis,  
4 a. Assunt nobiles ierarchae,  
Egenorum patriarchae,  
Potestates aulicae,

- 1 b. Tota trinitas resultat,  
In caelestibus exsultat  
Alma pacis visio.  
2 b. Urbs hymnizet Traiectensis,  
Horum caelitus impensis  
Freta iam praesidiis.  
3 b. Virtutum[que] opifex,  
Vecti ad divos apices  
Raptu divini luminis.  
4 b. Agni vere commensales,  
Assertores cardinales  
Veritatis unicae.

- 5 a. Quorum memoriale  
Diutinum  
6 a. O quam laudabilis,  
O quam amabilis  
Est haec societas!  
7 a. Ubi merces est fidelis  
Deus omnium in caelis,  
Omnia in omnibus,  
8 a. Hoc primus de collegio  
Servatius in praemio  
Inthronizatur regio.  
9 a. Pii patres et pastores,  
Memores mediatores
- 5 b. Floret immortale  
Apud Dominum.  
6 b. Cui nulla taedia  
Occurrunt nec saucia  
Mentis anxietas.  
7 b. In quo praemiantur isti  
Facti coheredes Christi  
In supernis montibus.  
8 b. Sagacis vir ingenii,  
Amandus huius praemii  
Non expers est collegii.  
9 b. Sitis derelicti gregis  
In conspectu summi regis.

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Haagen. J 10.

### 286. De sancto Prosdocimo.

- 1 a. Pangat chorus, ut est moris,  
Festa colens confessoris  
Annua Prosdocimi,  
2 a. Nomen ei recte datur,  
Per quod Deo designatur  
Redditus pro decima;  
3 a. Stirpe clarus et natura,  
Sacri fontis genitura  
Clarior efficitur,  
4 a. Hunc honore praeingulari  
Petrus iubet sublimari  
Destinatque Paduam;  
5 a. In ingressu civitatis  
Morbo diu mancipatis  
Praebet opem miseris,  
6 a. Fama crescit, Paduanus  
Stupet rex Vitalianus,  
Qui languori suberat,  
7 a. Uxor eius Praepedigna  
Fit ancilla Christi digna  
Spretis credens idolis;  
8 a. Regis proles et regina  
Sub hoc patre se Iustina  
Summo regi dedicat,
- 1 b. Quem ad sui conditoris  
Regna traxit vis amoris  
Et affectus intimi.  
2 b. Nec non totus immolatur,  
Cuius igne concrematur  
Caro, mens et anima.  
3 b. Cor depurat fides pura,  
Et immundi mundi cura  
Caeli zelo vincitur.  
4 b. Rete missus infert mari,  
Verbo capit salutari  
Gentem fide vacuam.  
5 b. Donis laxans duplicatis  
Per baptismum innovatis  
Culpae vincla veteris.  
6 b. Christo credit et fit sanus,  
Dum abiurat, quos paganus  
Antea coluerat.  
7 b. Sic ad lignum currunt ligna  
Et erumpit inter signa  
Novae fructus subolis.  
8 b. Quae dedignans esse Dina  
Cadit ense, quam divina  
Virtus caelis applicat.

- 9 a. Patris huius medicina  
Este, Feltris et Altina  
Surgunt et Vincentia,  
  
10 a. Fit eidem civitati  
Restituta sanitati  
Speculum Theodora,  
  
11 a. Fide pollens et decora,  
Tuum effer et honora  
Genitorem, Padua,  
  
12 a. Tibi, pater, supplicamus,  
Tibi laudes cumulamus,  
Pontifex Prosdocime,
- 9 b. Ac in urbe Tervisina  
Luce frui gaudet bina  
Euphrosina filia.  
  
10 b. De qua cives admirati  
Sua firmant immutati  
Fide Christi pectora.  
  
11 b. Per hunc tibi supplex ora  
Post dirupta carnis lora  
Vitae dari pascua.  
  
12 b. Ne nos trahat hostis hamus,  
Te tutorem sentiamus  
Corporis et animae.

Sequent. ms. Aquilegiense saec. 14/15. Cod. Semin. Goritian. I. — 2 b, 2 igni. — 4 a, 1 Nunc. — 5 a, 3 Probet. — 6 b, 2 obiurat. — 8 b, 3 caeli. — Mel.: Ad honorem Christe tuum (de s. Antonio).

### 287. De sancto Provino.

1. Hymnum canamus gloriae,  
Hymni novi nunc resonent  
  
2 a. Ad laudem tanti praesulius  
Et Cumani antistitis,  
Assumpti cum apostolis  
In monte novi luminis.  
  
2 b. Proles de caelo prodiit  
Novis utens prodigiis,  
Caelum caecis aperuit  
Invocantibus subvenit.  
  
3 a. Provinus fluit gratia  
Forma factus humilium,  
Laetus potitur praemiis  
Sortis consors sublimium.  
  
3 b. Provinus vir catholicus  
Et totus apostolicus  
Ecclesiae catholicae  
Fidem Romanam docuit.  
  
4 a. Nobili [hunc] prosapia  
Concepit mater sedula  
In civitate parvula,  
Quae nunc vocatur Provina.  
  
4 b. Nunc spiritu prophetico  
Diu refulsit gratia,  
Cunctis Cumanis civibus  
Felix remisit Francia.

Miss. Comense anni 1401. Cod. Ambrosian. H 247 inf. — „Graduale et tractus.“ Enthält viele Entlehnungen aus bekannten Hymnen.

### 288. De sancto Raimundo.

- 1 a. Profitemur conditorem,  
Veneremur redemptorem  
Sub canoro iubilo,  
  
1 b. In sese quam sit mirandus  
Et in sanctis commendandus,  
Res inspecta praedicat.  
  
2 a. En, praesentis lux diei  
Celebris in servi Dei  
Agitur memoria;  
  
2 b. Hic est lapis pretiosus,  
Claritate radiosus,  
Virtutum sacrarium.

- 3 a. Hic Raimundus nuncupatus,  
Sanctitate cunctis gratus,  
Plenus caeli munere,
- 4 a. Caeci vident, claudi currunt,  
Tumulati iam resurgunt  
Virtute mirifica,
- 5 a. Qualis, quantus sit Raimundus,  
Quibus donis sit fecundus,  
Caelum, terra, maria,
- 6 a. Bonis cunctis cumulatus  
Est ad superos vocatus  
Operum pro merito;
- 3 b. Nomen Christi venerandum  
Cunctis proponit amandum  
Signis et virtutibus.
- 4 b. Omne genus aegrotorum,  
Turba omnis egenorum  
Persentit praesidium.
- 5 b. Dum oboediunt, loquuntur  
Et ad nutum obsequuntur  
Tanti viri gratia.
- 6 b. O Raimunde, da fervorem,  
Ut ad caelestem decorem  
Aspiremus pariter.

Miss. Praedicatorum imp. Romae 1639.

289. De sancto Raphaele.

- 1 a. Festa dies  
hortatur promere  
Laudum voces  
canentium libere  
Raphaelem, nuntium  
Gratia laetantium.
- 1 b. Emmittit  
eum Deus aethere  
Tobiam  
patientem visere;  
Intrans inquit: Gaudium  
Sit tibi propitium.
- 2 a. Vota senis  
et Sarae pariter  
Exaudivit  
[iam] efficaciter  
[Deus mittens  
Tobiae ad iter  
Hunc comitem].
- 2 b. „Angelo“,  
puer clamat fortiter,  
„Me piscis  
hic invadit acriter“.  
Comes: „Ad te  
trahē viriliter  
Fortem pisces.“
- 3 a. Tunc Raphael  
servare suggerit  
De pisce, quod  
prodesse poterit;  
Iussa puer  
confestim comperit  
Atque servat.
- 3 b. . . . .  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·  
· · · · ·
- 4 a. Post paronymphus  
sacer incipit  
Suadere, quod  
puer accipit:  
Uxorem Saram  
poscit, suscipit  
Atque dicat.
- 4 b. Venit Gabellus,  
fiant nuptiae;  
Nubit huic,  
honesta laetitia  
Regit convivia,  
modestia  
Mirificat.

5 a. Orant tandem  
 dum tribus noctibus,  
 Quarta datur  
 mundis virginibus  
 Vacare proli  
 castis mentibus  
 Ad laudem Domini.

6 a. Vale facto  
 sponsae praeveniunt  
 Sponsus et  
 Raphael, aperiunt  
 Lumen caeco,  
 felle subveniunt,  
 Deus laudatur.

5 b. Congaudet generi  
 successibus  
 Atque sui socri,  
 communibus  
 Grati benedicunt  
 [carminibus]  
 Caelesti numini.

6 b. Sic namque  
 Raphael his imperat,  
 Post haec celer  
 ad caelum properat,  
 Ubi manens,  
 ne nos hic deserat,  
 Misereatur.

Horae B. M. V. sec. usum Brugensem saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 2922, add. saec. 16/18. — Die Sequenz ist in unserer Quelle sehr verderbt und verstümmelt; sie ist auf die Sequenz Nativitas Mariae virginis zurückzuführen und hatte wie diese augenscheinlich 12 Halbstrophen. Von diesen scheinen anderthalb ausgefallen. Der Anfang des entstellten Textes lautet in der Hs.:

a Festa dies hortatur promere laudum voces canentium libere  
 b Raphael gratia laetitiam emittit cum Deus aethere Tobiam patientem  
 visitat.

c Intrans inquit gaudium sit tibi propitium vota senis et Sarrae pariter  
 exaudivit efficaciter.

Im Folgenden weicht die Hs. ab: 2b, 1 sq. Angelus et puer clamat. — 2b, 7 Fortem piam. — 3b, 7 Et servat. — 4a, 4 accipiat gegen den Reim. — 4a, 7 ditat. — 4b, 4 honestus. — 4b, 5 Regit convivias sane modeste. — 4b, 7 Mirifica. — 5b, 3 et sui sacri. — 5b, 7 nomini. — 6a, 1 ist zu 5b gezogen. — 6a, 1 Vallo facto sponsa. — 6b, 7 Mereatur.

### 290. In Commemoratione S. Remacli.

1 a. Expers labis mentium  
 Fit coetus vacantium  
 Carminibus melicis,  
  
 2 a. Allatus praesentiae  
 Qui regali Legiae  
 Miraculis claruit,  
  
 3 a. Offert se lux obviam  
 Clientique tibiam  
 Resolidat strenuo;  
  
 4 a. Auditur clandestina  
 Una serens famina  
 Cum Lamberto martyre;  
  
 5 a. Campanarum concitus  
 Auditur divinitus  
 Sonus mirabiliter.

1 b. Nam commemoratio  
 In hoc cluit orgio  
 Remacli pontificis.  
  
 2 b. Sopitrus schismata  
 Tranquillitate rata  
 Pacem hic obtinuit.  
  
 3 b. Uno sursum cubitu  
 Effertur cum strepitu  
 In aethera denuo.  
  
 4 b. Eius volans de capsula  
 Est columba elapsa  
 Visa maestos lenire.  
  
 5 b. Non possum[us] singula  
 Ipsius miracula  
 Percensere breviter.

6 a. Et caecos illuminat  
Et omnes exterminat  
Morbos Dei munere.

7 a. O praeſul eximie,  
Fer Dei clementiae  
Vota supplicantium,

6 b. Incumbamus igitur  
Precibus, cum petitur,  
Nam solet adnuere.  
7 b. Ut nos ducat ad chorum  
Post hanc vitam sanctorum,  
Ubi iugis gloria

8. Cum laetitia.  
Dicant Amen omnia.

Miss. ms. Stabulense saec. 15. Cod. Bruxellen. 1818. — 2 b, 3 Tandem obtinuit; fehlt eine Silbe oder ein Objekt; oder lies Triumphum obtinuit?

291. De sancto Richardo.

1 a. Pangat chorus, ut est moris,  
Festa colens confessoris  
Richardi beatissimi,

2 a. Nomen ei recte datur,  
Per quod Deo designatur  
Dives super omnia;

3 a. Stirpe clarus et natura  
Sacri fontis genitura  
Clarior efficitur,

4 a. Hunc honore praeſulari  
Petrus iubet sublimari  
Destinatque Andriam;

5 a. In ingressu civitatis  
Morbo diu mancipatis  
Praebet opem miseris,

6 a. Fide pollens et decora,  
Tu nunc effer et honora  
Pastorem tuum, Andria,

7 a. Tibi, pater, supplicamus,  
Tibi laudes cumulamus,  
Pontifex sanctissime,

1 b. Quem ad sui conditoris  
Regna traxit vis amoris  
Et affectus intimi.

2 b. Nec non totus immolatur,  
Cuius igne concrematur  
Caro, mens et anima.

3 b. Cor depurat fides pura,  
Et immundi mundi cura  
Caeli zelo vincitur.

4 b. Rete missus infert mari,  
Verbo capit salutari  
Gentem fide vacuam.

5 b. Donis laxans duplicatis  
Per baptismum invocatis  
Culpae vincla veteris.

6 b. Per hunc tibi supplex ora  
Post disrupta carnis lora  
Vitae dari pascua.

7 b. Ne nos trahat hostis hamus,  
Te tutorem sentiamus  
Corporis et animae.

Collect. ms. Vallicellianum saec. 16/17. Cod. Vallicellian. G. 77. — Vgl. die Sequenz gleichen Anfangs auf Prosdocimus, von welcher diese eine Bearbeitung ist.

292. De sancto Rufino.

1. Virum sanctum

2 a. Collaudamus  
Rufinum  
laude debita,

2 b. Qui in mundo  
ut stella  
claruit pulchra.

- 3 a. Hic de Mathera  
ad Muninelles  
rexit vestigia,
- 4 a. Huius sanctissimis  
precibus,  
Christe, nos iuva,
- 5 a. O sancte  
Rufine,  
castra defendens tua
- 6 a. Nunc pacem per te  
valeant habere  
tempora nostra,
- 3 b. Ubi sanctorum  
fraternitas  
est adunata.
- 4 b. Ut nostra debita  
per eum  
fiant dimissa.
- 5 b. Aeterna  
nos tecum  
fac gaudere (in) patria.
- 6 b. Quo (nos) liberemur  
a iugo iniquo  
tua gratia.

7. Mantua[m] pie gubernat.

Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII  
(100). — Melodie offenbar: Stans a longe.

293. De sancta Scholastica.

1. Alma, contio, concrepa  
symphonia,  
die hac pulchra  
castissima  
mente iubila,
- 2 a. Hodie quod sacra  
Scholastica  
caelica  
scandit habitacula  
Domini clementia,
- 2 b. Terrea respuens  
ut stercorea  
et bona  
tendens ad caelestia  
mentis innocentia,
- 3 a. Luce in hac  
quamdiu fuerat,  
pulchre illam ornabat  
Christi gratia.
- 3 b. Alta quaerens  
vitae subsidia  
summe expetit cara  
fratris oscula.
- 4 a. Sermocinansque vera  
cum eodem doctrina  
talia infert verba:
- 4 b. Tu, mi benigne frater,  
ne spernas preces meas,  
deprecor mente pura;
- 5 a. In lege mystica  
epulemur  
per convivia.
- 5 b. Tum ille respondit:  
Soror, non do  
hoc, quod obsecras.
- 6 a. Caput mox virgo  
declinat rogando  
Dominum
- 6 b. Illudque de mensa  
levat copia cum  
imbrium.

7 a. Prosint merita,  
virgo, nunc tua,  
quae caelestia  
concedisti ad atria,

7 b. Nobis, ut vera  
innocentia  
atque puritas  
in nobis semper vigeat,

8. Ut tecum vita  
regnemus  
in aeternum.

Trop. ms. Casinense saec. 12. in. Cod. Casinen. 546. — 5 b, 2 non de Hs.

294. De sancta Scholastica.

- 1 a. Scholasticam collaudemus,  
Christo laudes decantemus  
Semper cum laetitia,
- 1 b. In aetate quae puella  
Cuncta vicit carnis bella,  
Blanda mundi fortia.
- 2 a. Ordinata caritate,  
Virginali puritate,  
Velut rosa floruit,
- 2 b. Ardens intus caritate,  
Foris fulgens honestate  
Instar solis radii.
- 3 a. Sacris instans documentis,  
Consolator mundae mentis  
Hanc solatur saepius,
- 3 b. Cum virtutum indefessum  
Benedicti figit gressum  
Imbris vehementia.
- 4 a. Caeli gemmam singularem  
Hanc provexit ad honorem  
Rex aeternae gloriae.
- 4 b. Inter astra collocata  
Ut columba dealbata  
Caeli subit moenia.
- 5 a. Inter quinque sapientes  
Puellas hanc reponentes  
Veneremur laudibus.
- 5 b. Laude lucet trabeata  
Scholastica, Christo grata  
Ob virtutum studia.
- 6 a. Sacer grex sanctorum gaudet  
Caelestique laude plaudet  
De virginis gloria;
- 6 b. Angelorum consors facta,  
Virgo prudens, nos adapta  
Christo Dei filio.
- 7 a. Supplicamus, nos tuere  
Et peccata fac timere,  
Mater bona, confer vere  
Tempus indulgentiae.
- 7 b. Mater bona, crimen tege,  
Victum dona, mores rege,  
Ne damnemur gravi lege  
Causa neglegentiae.
- 8 a. Eia, mater, nos agnosce,  
Libro vitae nos deposce,  
Cum electis inseri,
- 8 b. Ut consortes tuae sortis  
Et a poenis et a portis  
Eruamur inferi.

Sequent. ms. Sublacense saec. 15. Cod. Sublacen. CLXVII (bei Mazzatinti 171). — 1 b, 3 Et blanda. — 3 b, 1 Tu. — 3 b, 2 figis. — Str. 8 entlehnt aus: Gaude Sion quod egressus.

295. De sancto Sebastiano.

1. Ave, paeclare,  
Miles et martyr care,  
Virtutes amare  
Fac, Sebastiane.

- 2 a. Eia, pugil fortis,  
Qui saeva mortis  
Tela contempsisti,  
Tyranni minas sprevisti,  
Christum dilexisti,  
Sebastiane.
- 2 b. Stemmati, parentes  
Natique fientes,  
Uxores gementes  
Marcum et Marcellianum  
Linquere fecisti,  
Sebastiane.
- 3 a. Te christiani  
In pedore Tulliani  
Solatorem, doctorem  
Sensere sincere,  
Dive Sebastiane.
- 3 b. Te Nicostratus  
Cum muta Zoe sanatus  
Commendabant, laudabant,  
Animas Deo dabant  
Per te, Sebastiane.
- 4 a. Tu Claudii  
Filios duos sanasti,  
Tu Chromatii  
Domum baptizasti  
Idolaque concremasti,  
Sebastiane.
- 4 b. Tu Caesarum  
Machinamenta, tormenta,  
Irritamenta,  
Spicula, sagittas  
delusisti virtute Christi,  
Sebastiane.
- 5 a. Hinc merito  
Te colit Italia,  
A qua fugata  
Pestis epidemia,  
Succursorem, tutorem,  
Defensorem, liberatorem,  
Gubernatorem te experta,  
Comperta  
Est fides tua,  
Gloriose martyr,  
Sebastiane.
- 5 b. Hinc motus te  
Totus orbis celebrat,  
Nomen, famam,  
Laudes tuas elevat,  
(Te) patronum, protectorem  
Bonum honorat et decorat,  
Medicantem [et] sublevantem,  
Curantem  
Aegra corpora  
Animasque sanantem,  
Sebastiane.
- 6 a. Fac nos Deo gratos,  
A criminum sorde liberatos  
Et purgatos,  
Bonis aggregatos,  
Caelis collocatos,  
Inter vocatos  
Tecum beatos,  
Sancte Sebastiane.
- 6 b. Fac Deum timere  
Illi(que) semper adhaerere, vere  
Paenitere,  
Pro peccatis flere,  
Culpam abolere  
Et obtinere  
Tecum gloriam  
Regni, Sebastiane.
- 7 a. Audi nos,  
Miseros servulos tuos,  
Sebastiane.
- 7 b. Salva nos,  
Sana languores morbos,  
Sebastiane.
- 8 a. Da diram pestem fugere,  
Virtutes nobis suggere,  
Sebastiane.
- 8 b. Da medicinam divinam,  
Per te vitemus ruinam,  
Sebastiane.

9. Sebastiane,  
Miles christiane,  
Per te nostrae sint animae sanae,  
Vespere et mane  
Nos protege et a peste,  
Pie Sebastiane.

Missale Wormatiense imp. s. l. et a. (1522). — 4b, 3 und 5 umgestellt. —  
Mel.: Ave praeclara maris stella, der sich der Text öfters schlecht an-  
passt, am schlechtesten, wie gewöhnlich, in Str. 5.

296. De sancto Sebastiano.

- |                                                                                                            |                                                                                                               |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Adest dies celebris<br>Sebastiani, crebris<br>Intendamus laudibus,                                    | 1 b. Qui contemptis idolis<br>Bonae puer indolis<br>Claruit virtutibus.                                       |
| 2 a. Nobilis prosapiae<br>Narbonensis patriae<br>Sanctum Sebastianum                                       | 2 b. Transtulit emerita<br>Militia et vita<br>Clara Mediolanum.                                               |
| 3 a. Christianum militem,<br>Christi sequens tramitem,<br>Militari                                         | 3 b. Tegebat sub chlamyde,<br>Pugnae vacans fervide<br>Saeculari.                                             |
| 4 a. Hic in regis curia<br>Praefuit industria<br>Ceteris proceribus,                                       | 4 b. Officium sedulum<br>Christo dans et pabulum<br>Geminum martyribus.                                       |
| 5 a. Sanctos Dei milites<br>Marcum et Marcellianum,<br>Potentes et divites<br>Secundum statum mundanum,    | 5 b. Immenso certamine<br>Tormentorum fatigatos<br>Firmo consolamine<br>Fide fecit roboratos.                 |
| 6 a. Huic contemptum mundanorum<br>Praedicanti paganorum<br>Coram multitudine                              | 6 b. Adest Christus, rex caelorum,<br>Choro saeptus angelorum<br>Et caelesti lumine.                          |
| 7 a. Hunc ut sibi confoederet<br>Osculo pacis allicit,<br>Et librum, in quo legeret,<br>Angelus ei obicit; | 7 b. Zoe, quam gravis fecerat<br>Infirmitas esse mutam,<br>Angelus visus dederat<br>De lingua solvenda tutam. |
| 8 a. Tunc indicit silentium<br>Manu tumultuantibus<br>Confidenter,                                         | 8 b. Et sanctus linguae vitium<br>Purgat suis precibus<br>Evidenter.                                          |
| 9 a. Quod sanata sit, indicat,<br>Cum laudes Christi praedicat<br>Et sancti constantissime;                | 9 b. Tunc vir eius Nicostratus<br>Veniam petit prostratus<br>Ad terram devotissime.                           |
| 10 a. Tunc baptismali lavaero<br>Abluitur fonte sacro<br>Cum tota familia.                                 | 10 b. Dat pueris ulceroso,<br>Paralitico, gibboso<br>Duo beneficia.                                           |

- 11 a. Idola Chromatii  
Non obstante filii  
Impetu Tiburtii
- 11 b. De sua sollicitus  
Salute cordicitus  
Comminuit penitus.
- 12 a. Sanus currit tangere  
Volens in itinere  
Sanctum Dei nuntium,
- 12 b. Sed eum prohibuit,  
Quia nondum habuit  
Baptismi suffragium.
- 13 a. Hos instructos in Dei  
Rudimentis fidei  
Polycarpus baptizat,
- 13 b. Et miles emeritus  
Laudes Dei caelitus  
Intentus praecognit.
- 14 a. Imperatori delatus  
Et graviter accusatus,  
Quod fidem Christi sectatur,
- 14 b. Se constanter christianum  
Et idolorum profanum  
Ritum esse protestatur.
- 15 a. Carnifex ad stipitem  
Palam sacratum militem  
Ligaverunt atrociter
- 15 b. Nequissima sententia;  
Nam pro salute regia  
Deum rogabat iugiter.
- 16 a. Tunc nequitiae ministri  
Iussu impii magistri  
Arcus aptant velocius
- 16 b. Etsanctum reddunt consutum  
Sagittis atque hirsutum  
Ut est spinis ericus.
- 17 a. Tunc recedunt, quia credunt  
Fatue  
Ipsum morti traditum.
- 17 b. Venientis et videntis  
Viduae  
Palpitantem spiritum
- 18 a. Deponitur officio,  
Et eidem corde pio  
Exhibuit opera  
Misericordiae  
Et pietatis;
- 18 b. Qui in membris et corpore  
Sanatus brevi tempore  
Exsecratur sclera  
Imperatoriae  
Crudelitatis.
- 19 a. Tunc super hippodromium  
Ibi iuxta palatium  
Laceratur crudeliter.
- 19 b. Sanctum emisit spiritum,  
Ad cuius cantant exitum  
Angeli sancti dulciter.
- 20 a. In cloaca aduncatur  
Corpus sacrae militis,  
Ne ut martyr habeatur  
Venerandus pro meritis.
- 20 b. Tunc per sanctum admonitae  
Lucinae, matri inclitae,  
Diligenter fuit curae  
Illud dare sepulturae.
- 21 a. Cessat morbus, cessat pestis  
Altari aedificato.
- 21 b. Sancte martyr, Christi testis,  
Pro nobis Deum orato,
- 22 a. Ut casset epidemia,  
Qua flagellatur patria,
- 22 b. Et cum misericordia  
Currat Dei sententia,
- 23 a. Finitaque miseria  
Huius labentis saeculi
- 23 b. Tecum simus in gloria;  
Dicamus Amen singuli.

Grad. ms. Confratern. S. Sebastiani saec. 16. in. Cod. Parisien. (Arsen.)  
204. — 6 b, 1 rex fehlt. — 7 a, 1 confoedere. — 7 a, 3 in fehlt. — 17 b, 1 Venientes  
et videntes. — Str. 21 u. ff. sind vielfach als eigene Sequenz verwendet.

297. De sancto Sebastian.

- 1 a. Pange, dulcis Francia,  
Martyris praeconia  
Mediolanensium ;
- 1 b. Gaudeat Suessio  
In regali gremio  
Tantum claudens pretium.
- 2 a. Cuius ad praesentiam  
Exuit miseriam  
Vallis abundantiae,
- 2 b. Sodomae periculum  
Evadens in saeculum  
Basi fulta gratiae.
- 3 a. Miles clarus genere  
De magnatum latere,  
Dulcis amor civium,
- 3 b. Verax in eloquio,  
Iustus in iudicio,  
Consolator omnium.
- 4 a. Christianam provide  
Fidem celans habitu  
Sub pomposa chlamide  
Pauper erat spiritu.
- 4 b. Martyrum certamina  
Roborans consilio  
Tot coronans agmina  
Non fraudatur bravio.
- 5 a. Probans foris  
Vim amoris  
Ore Dei  
Datur ei  
Dulce pacis osculum.
- 5 b. Fidem serens,  
Signa gerens,  
Hinc errores,  
Hinc languores  
Fugat, lucrans populum.
- 6 a. Prodit laetus ut ad ludum  
Dare telis corpus nudum  
Regis iussu pessimi.
- 6 b. Tela volant infinita  
Sed caelestis a sagitta  
Fides nequit perimi.
- 7 a. Ut triumphi duplet sortem,  
Pilis hirtus differt mortem,  
Donec resumptis viribus  
Christo mactatur fustibus.
- 7 b. Unco pendens in cloaca  
Scrobe sursum ab opaca  
Fertur herilis victima,  
Quo sancta iussit anima.
- 8 a. Sic accinctus in agone  
Militavit spe coronae,  
Iam in pacis regione  
Discinctus post proelia.
- 8 b. Sancti ducis interventu,  
Cuius risit in adventu,  
Victrix vivat cum obtentu  
Regni Dei Gallia,

9. Iugi fruens gloria.

Grad. ms. Confratern. s. Sebastiani Parisien. saec. 16. in. Cod. Parisien.  
(Arsen.) 204. A. — Miss. Remense imp. Parisiis 1491. B. — Miss. Remense  
imp. Parisiis 1513. C. — Miss. Remense imp. Remis 1553. D. — Miss.  
Parisienne imp. Parisiis 1585. E. — Miss. Xantonense imp. Parisiis 1481.  
F. — 1b, 1 et Suessio BC. — 2a, 2 Exivit EF. — 3a, 2 manatum AE. —  
4a, 3 Sub elopula F; Sub clypea pomposa A; Sub clypeo pomposo E. —  
5b, 1 ferens BC. — 5b, 5 Fugans BC. — Str. 6a u. ff. fehlen F; statt  
dessen werden dort die Strophen 14a — 16b (incl.) und Str. 19a — Schluss  
der vorhergehenden Sequenz angehängt. — 7a, 2 Pellis virtus AE; Pilis  
hireus BCD. — 7b, 2 adoptata AE. — 7b, 4 misit BD, vivit C. — 8a, 4  
Distinetus ABCE. — 8b, 1 duleis AE. — Das Schema ist ähnlich jenem  
der Barbara-Sequenz: Psallat cum laetitia.

298. In Translatione s. Servatii.

- |                                                                                         |                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Dulce melos iubilemus,<br>Cor et vocem concordemus<br>In laude Servatii ;          | 1 b. Clangat chorus in psallendo<br>Dans et laudes recolendo<br>Praesulis eximii.   |
| 2 a. Hic a cunis educatus,<br>Soli Christo consecratus<br>Miro satis foedere,           | 2 b. Omni fere nam sugebat<br>Die semel et bibebat<br>Lac de matris ubere.          |
| 3 a. Hinc sacerdos fit virtutis,<br>Plenus summae servitutis,<br>Post haec eucharistiae | 3 b. Solo gustu refovebat<br>Corpus, sed mens spe vivebat<br>Aeternalis gloriae.    |
| 4 a. O quam felix, quam beatus,<br>Qui de caelo confortatus<br>Angelico famine          | 4 b. Iam sub aevo decessore<br>Insignitur hoc ductore<br>Praesulatus culmine.       |
| 5 a. Sanant aegros et languentes<br>Eius lotis defluentes<br>Manibus reliquiae,         | 5 b. Dat infirmis firmitatem<br>Et insanis sanitatem<br>Tactus vestis fimbriae.     |
| 6 a. Fractus lapis solidatur,<br>Et effracta comprobatur<br>Haeresis perfidiae.         | 6 b. Hunc in somno visitavit<br>Rex caelorum, quem donavit<br>Petrus clavi gratiae. |
| 7 a. O Servati gloriose,<br>Christi miles pretiose,<br>Confessor egregie,               | 7 b. Nos precare supernorum<br>Iungi choro peccatorum<br>Mundos a pernicie,         |
| 8 a. Ubi modo gloriaris<br>Et divina satiaris<br>Intuens mysteria ;                     | 8 b. Nos in bonis demorari<br>Et ipsius imitari<br>Da, Christe, vestigia.           |

Brev. ms. Gorziense saec. 14. Cod. Capit. Treviren. 173. add. saec. 14.  
A. — Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. J 10. B. — 1a, 1  
Dulci melo B. — 2b, 1 iam B. — 4b, 2 decore B. — 5a, 1 Sanat A. —  
5b, 3 Tactu A. — 6a, 3 Haeresis nefarie A.

299. De sancto Silvestro.

- |                                                                                         |                                                                            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| 1. Haec sunt sacra festa<br>laudibus magnis digna.                                      |                                                                            |
| 2 a. Nostra hac die carmina<br>penetrent templa<br>precibus siderea ;                   | 2 b. Sancti Silvestri meritis<br>merita nobis<br>imploremus prospera.      |
| 3 a. Inter aethereos<br>cives tuos<br>post delicta<br>nos, sancte Silvester,<br>revoca. | 3 b. Tuarum ovium<br>margarita<br>pretiosa,<br>tu gemma plebis<br>fulgida. |

- 4 a. Tu, dux gregis,  
laeta iucunda  
providisti  
tuis vitae pabula;
- 5 a. Nunc alias  
tenes patrias,  
angelorum delicias,
- 6 a. Ne nos, te quaesumus,  
deseras,  
baiulansque oves tuas
- 7 a. Ne sit procul tua cura,  
ne simus hostis praeda,  
mortis tela violent  
mentis animam;
- 8 a. Iudicem postula,  
deleat nostra crimina;
- 9 a. Pastor, tuam familiam,  
Sancte Silvester, gubernas
- 4 b. Servans, custos,  
ovium caulas  
abegisti  
efferas insidias.
- 5 b. Terram Eden,  
rura pingua,  
magnis deliciis plena.
- 6 b. Dispersas, quaesumus,  
revoca  
sublevaque prece tua.
- 7 b. Frangimur belli pugna  
dextera sine tua,  
tua sit victoria  
Christi gratia.
- 8 b. Quaesumus, impetra  
remissionis veniam.
- 9 b. Atque Deo ut munera  
hostiamque repraesenta,

10. Ut digni fruamur gloria.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. 1343. (Sessor. 62) A. —  
Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Univ. Bononien. 2824. B. — Grad.  
ms. Modoetinum saec. 11/12. Cod. Modoetin. C 14/77 C. — Grad. ms. S. Petri  
Patavinci saec. 15. in. Cod. Capit. Patavin. A 20\* D. — Miss. ms. Tegurinum  
saec. 15. Clm. Monacen. 19234. E. — Auch im Trop. ms. Nonantulense  
saec. 11/12. Cod. Casanaten. C IV 2 (1741) und Trop. ms. S. Benedicti  
Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). — 1, 2 laudibus piis  
DE. — 2b, 1 Sancti Prosdocimi D, Zenonis E. — 3a, 4 nos, Prosdocime,  
revoca D; nos, sancte Zeno, revoca E. — 3b, 1 civium D. — 4a, 3 prae-  
vidisti BCDE. — 4b, 3 sq. efferas abegisti AE; et feras abegisti BCD. —  
5a, 2 tenens C. — 5b, 1 Terram edent B; Terra eadem C; Terram edem  
E. — 5b, 3 magnis epularum plena E. — 6a, 1 te petimus CE. — 6a, 3  
vagulas oviculas C. — 6b, 1 poscimus B, petimus DE; Dispersas rapit vis  
C. — 6b, 2 aemula C. — 6b, 3 fauce laedit improba C. — 7a, 1 Nescit  
procul A; Est procul C. — 7a, 2 nescimus A; hostis fehlt E; ideo sumus  
praeda C. — 7a, 3 iugulant CE. — 7a, 4 mentis intima D. — 7b, 1 Frangamus  
A. — 7b, 3 tua fehlt CE. — 8a, 2 deleat ut nostra CE. — Nach Str. 8  
schieben CDE ein:

- 8 c. Ne forte iudex, cum  
venerit,  
nos cum culpa  
feriens  
pariter puniat
- 8 d. Et chaos Erebi  
deputet  
ac Cocyti  
gehennae  
fauce sulphurea.
- 8c, 3 nos omni culpa C, nos culpa D. — 8d, 3 ut Cocyti C; a quo  
cuncta D. — 8d, 5 falce D. — 9a, 2 Sancte Prosdocime D; sancte Zeno  
E; adiuva CE. — 9b, 1 ut fehlt C; numero C. — 9b, 2 que fehlt C;  
hostiam quoque ABD; sacrificia C. — 10, 1 det digni C. — Mel.: Eia  
turma.

300. De ss. Simone et Iuda.

- 1 a. Ecce, dies paeoptata,  
Dies felix, dies grata,  
Dies digna gaudiis.  
1 b. Nos hanc diem veneremur  
Et pugnantem admiremur  
Christum in apostolis.  
2 a. Simon et Iudas incliti,  
Mariae Cleophae nati,  
Extolluntur hodie;  
2 b. O german vere nobile,  
Propinqui regis gloriae  
Et nepotes Mariae.  
3 a. Hi celsi Dei famuli,  
Digni Christi apostoli  
Iverunt in Persidem,  
3 b. Iesum Christum annuntiant  
Duosque magos superant,  
Arphaxat et Cosroem.  
4 a. Sicque rege baptizato  
Populoque emundato  
A falsis simulacris  
4 b. Ecclesiam iam ordinant  
Et provinciam visitant  
Purgatis idolatri.  
5 a. Tandem magi nequam, ficti,  
Ab apostolis devicti,  
Concitant pontifices,  
5 b. Qui nefandi, turpes, rei,  
Hos cultores veri Dei  
Coronant in martyres.  
6 a. Quaesumus, caeli proceres,  
Olympi cives nobiles,  
Servulos respicite,  
6 b. Qui tot malis irretiti  
Non valemus sic reniti,  
Precibus succurrite.  
7 a. Iesu pie, Iesu bone,  
Nostro nobis in agone  
Largire victoriam,  
7 b. Mores nostros sic compone,  
Ut perpetuae coronae  
Mereamur gloriam.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523. — Str. 1 a u. 1 b Entlehnung aus Adam von St. Viktor. — 3 b, 8 Caroem.

301. De sancto Syro.

1. Odas summo patri  
voce modulemur supplici.  
2 a. Eius uni-  
genito conclamemus  
iubilo,  
2 b. Spiritui  
sancto rite cantemus  
organo.  
3 a. Contio nunc nostra  
canoras  
det praesuli  
symphonias,  
Et devotis  
cantor aperte sibi  
melodiis  
modulet.  
3 b. Pangite, (vos) praesules,  
iugiter,  
resonate  
nunc, pastores,  
Et omnes in  
Syri festo spiritus  
iucundentur  
maxime,  
4 a. Defunctos qui dedit  
sanitati pristinae.  
Adulescens verum  
Dominum glorificat,  
eruptus daemonum custodia:  
4 b. Clare intuentes  
discite miraculum.  
Verum Deum esse  
credimus, quem praedicat  
hic caelestis famulus curiae.

- 5 a. Manus sua ore  
a sacrilego  
corpus veri Dei  
expulit,
- 6 a. Ipse vicos  
villasque dum  
peragraret,  
mutum surdumque  
clamitabat  
qui filium  
se habere,  
quidam adfuit.
- 7 a. Ipsi caecus  
occurrit,  
adiuvari  
devotis  
precibus postulans.
- 8 a. O Syre,  
te precamur,  
lucerna fulgida,
- 5 b. Atque prece sua  
devotissime  
Iudeus se regi  
obtulit.
- 6 b. Voce Syri  
aures surdi  
sunt apertae,  
lingua muti est  
absoluta ;  
qui viderunt,  
Deo vero  
benedixerunt.
- 7 b. Pro quo almus  
oravit  
rectissime,  
lumen qui  
vidit peroptime.
- 8 b. Tu regna  
ad caelica  
duc nos prece benigna,
9. Quo perfruamur  
gloria.

Collect. ms. Ticinense (?) saec. 15. Cod. Roman. 1300 (Sessor. 343). —  
3 b, 7 iucundetur. — 6 a, 3 perageret. — Verfasser: Guildinus.

302. De ss. Solutore, Adventore, Octavio.

- 1 a. Fratres nostri congregati  
Deo sanctisque dicati  
Exsultemus iubilis,
- 2 a. Primus olim vulneratur  
Et in fine decollatur,  
Trucidantur alteri;
- 3 a. Hi martyrio cadentes,  
Christum Deum profitentes  
Caeli regna penetrant.
- 4 a. Quanta Deus almus [dignis]  
Pro martyribus benignis  
Mundo mira protulit !
- 5 a. Ergo, populares, vota  
His martyribus devota  
Agite sollemniter
- 1 b. Ecce, sancti Solutoris,  
Octavii et Adventoris  
Celebratur passio.
- 2 b. Iste in Hipporegiensi,  
Hi in situ Taurinensi  
Iussu Decii pereunt.
- 3 b. Hi sunt enim nostri duces,  
Quos sequemur et salutes  
Attingemus superas.
- 4 b. O beata urbs Taurini,  
In qua iacent sancti trini  
Coruscantes gratia !
- 5 b. Exaudiet Dominus,  
Praesens erit comminus  
Ob eorum monita.



- 6 a. Laudent sanctam Iulianam  
Taurinenses christianam,  
Cuius ductu fruimur.

Offic. ms. Clusiensis saec. 15. Cod. Taurinen. J I 3. A. — De Levis,  
Anecdota sacra p. 217 sq. (ex codice Nonantulensi saec. 11. [sic!]) B. — 1a, 2  
Deo satis qui B. — 2a, 1 vulneratus B. — 2a, 2 decolatus B. — 2a, 3  
Trucidatur alter B. — 2b, 1 Et in A; Istum B. — 2b, 3 perimunt AB. —  
3a, 2 proficientes B. — 3b, 3 Accingemus B. — 4a, 2 benignus B. —  
5b, 1 Exaudiat B. — 6a, 1 Laudant B.

- 6 b. O praeclara Thebaeorum,  
Preces funde in polorum  
Arce sancti spiritus.

### 303. De sancto Stephano.

- 1 a. Adest cunctis festum duplex  
Eius, qui adorat supplex  
Pro se lapidantibus.  
2 a. Hic exemplar fuit morum  
Et pugil apostolorum,  
Viduarum regula,  
3 a. Hic convicit disputantes,  
Superavit lapidantes  
Mentis patientia,  
4 a. Flexo genu adoravit,  
Inde Paulum impetravit  
Pro doctore gentium;  
5 a. Luciano demonstratur  
Ipsum corpus, transportatur  
Motu honorabili;  
6 a. Stephane et o Laurenti,  
Procuretis congaudenti  
Graecae et Romanae genti,  
Omni etiam viventi  
Unitatis vinculum;

Grad. ms. Parmense saec. 14/15. Cod. Capit. Parmen s. n. — 5a, 3  
Mortu. — Nach 6a, 3 sq. vielleicht aus der Zeit des Florentiner Konzils.

- 1 b. Hac die fuit translatus  
Stephanus vel lapidatus  
Duris cum lapidibus.  
2 b. Martha quoque et Maria  
Cibo, verbo, Rachel, Lia,  
Cervicosis ferula.  
3 b. Testes falsos confutavit,  
Iesum stantem collaudavit  
In paterna gloria.  
4 b. Sic in pace obdormivit,  
Cuius corpus sepelivit  
Conventus fidelium.  
5 b. De Sion sancta levatur,  
Proles regis liberatur  
A caede horribili.  
6 b. Quorum membra sunt unita,  
Protomartyr et Levita,  
Urna una nobis sita,  
Esse date nos cum vita  
Receptos ad osculum.

### 304. In Inventione s. Stephani.

1. Splendor sanctorum,  
patris unice,  
2 a. Qui tuis in sanctis  
mirabilis  
iure crederis.  
3 a. Stephanus, Nicodemus,  
Gamaliel  
atque Abibas,  
filius eius.
- 2 b. De quibus sunt isti  
vestigia  
tua secuti:  
3 b. Corpora quorum sancta  
presbytero  
sunt Luciano  
sic revelata:

- 4 a. Tres aurei calathi,  
et quartus ex argento  
refertus erat croco,
- 5 a. Fervidus  
spiritu sancto,  
plenus gratia,
- 6 a. Et nemo spiritui  
poterat resistere,  
qui loquebatur in illo,
- 7 a. Mox aures obturant,  
lapidibus eum caedunt,  
intuentes in eum  
splendidum  
velut angelum.
- 8 a. Protomartyri surgis,  
qui sedes et regnas,  
virtutem certanti  
ministras.
- 9 a. Et cum tanti meriti  
apud te sit  
hic servus Domini,
- 10 a. Quem non tetigit  
bestia  
tua positum  
sub custodia;
- 11 a. Nunc tenet ecclesia;  
per quorum merita
- 4 b. Sed duo rosis albis,  
et unus rubris rosis  
est Stephanus levita,
- 5 b. Plurima  
faciens signa  
et prodigia.
- 6 b. Sed plebs dissecabatur  
cordibus Iudaica,  
stridens dentibus in eum.
- 7 b. Et ille clamabat:  
Domine Iesu Christe,  
lapidantibus parce,  
spiritum  
meum suscipe.
- 8 b. Stantem a dextris patris  
te filium hominis  
das cernere caelis  
apertis.
- 9 b. Corpus eius bestiis  
lacerandum  
datur a bestiis.
- 10 b. Sed humiliter  
sepultum  
mire cum tribus  
sanetis translatum
- 11 b. Discedant phantasmata  
nos lapidantia,
12. Ut in sanctorum memoria  
semper tibi sit gloria.

Grad. ms. Aquilegiense saec. 14. Cod. Semin. Gorition. F. A. — Missale Aquilegiense imp. Augustae 1494. B. — Miss. Aquilegiense imp. Venetiis 1508. C. — 4b, 2 rubeis ABC; rosis fehlt C. — 6a, 1 sq. poterat spiritui C. — 6b, 1 dissecabantur C. — 7a, 1 Vox, falsche Initiale A. — 7b, 1 clamat C. — 8a, 1 Protomartyris A; Protomartyr C.

305. In Inventione s. Stephani.

- 1 a. Laetabundus  
Exsultet ubique mundus,  
Alleluia,
- 2 a. Inventio Stephani  
Sit laudis et organi  
Nobis causa,
- 1 b. Laeti simus,  
Et nobis sit martyr primus  
Laudis via.
- 2 b. Quae est post martyrium  
Notitiae gentium  
Diu clausa.

- 3 a. Tandem per miraculum  
Venerunt ad tumulum,  
In quo iacent
- 4 a. Semel, bis et iterum  
Venit ad presbyterum  
Lucianum
- 5 a. His auditis presbyter,  
Episcopus pariter,  
Tota gens similiter  
Sanctos quaerunt.
- 6 a. O martyr, propera  
Delensque sclera  
Nostris nos culpis  
exonera.
- 3 b. Consortes martyrii,  
Stephanus et socii,  
Qui sic patent.
- 4 b. Gamaliel nuntius:  
Quid nos celas amplius?  
Non est sanum.
- 5 b. Inventi miraculis  
Coruscant in populis  
Qui mentibus sedulis  
Adfuerunt.
- 6 b. Tu nobis resera  
Caelorum munera  
Ab omni malo  
nos libera.

Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232. A. — Miss. Remense imp. Remis 1553. B. — 2b, 1 post fehlt A. — 2b, 2 Gentium notitiam A. — 3a, 2 Venitur B. — 3b, 2 Stephani A. — 4a, 1 Se semel A. — 5b, 1 Inventis A. — 5b, 3 Quibus A. — 6a, 2 que fehlt A.

### 306. De sancto Swithuno.

1. Psallat ecclesia,  
mater decora,
- 2 a. Mente devota  
et voce consona  
Domino pia  
personet organa.
- 2 b. Laudes cantica  
iubilans persolvat,  
cordis dulcia  
feriens tympana,
- 3 a. Recolens sollemnia  
atque festa  
diei gaudia,
- 3 b. Swithunus in qua alta  
laetus scandit  
caelorum culmina,
- 4 a. Evangelica  
radians  
gratia ut lampas  
splendida.
- 4 b. Noctis tenebras  
effugat,  
erroris amputat  
scandala.
- 5 a. Semina verbi sancta  
et catholica
- 5 b. Per populorum arva  
Deo seminat.
- 6 a. Talenta sibi credita  
a patre familias
- 6 b. Multiplicat et augmentat  
usuris dominica.
- 7 a. Plenus sapientia  
millena  
animatorum  
Deo lucratur agmina.
- 7 b. Oves sibi creditas  
divina  
per pascua  
pastor pervigil educat.

8 a. Ad cuius ossa  
sepulta Dei gratia  
virtutum miracula  
ad laudem suam  
percelebrat.

9 a. Ubi vita,  
claritas aeterna  
et immensa laetitia,

8 b. Unde nos tanta  
precamur patris merita,  
ut nos ad caelestia  
secum pertrahat  
palatia.

9 b. Ubi sancta  
angelorum turma  
Deo personat cantica

10. Voce clara.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10/11. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. —  
Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Collegii Corporis Christi Cantabrigen.  
473. B. — 2b, 3 dulcia cordis AB. — 6b, 2 dominicas AB.

307. De sancto Theobaldo.

1. Ecce, sacerdos magnus,  
qui in vita sua  
suffulsi domum  
et in diebus suis  
corroboravit templum.

2 a. Templi enim  
altitudo ab ipso  
fundata  
est, duplex  
aedificatio  
et excelsi  
parietes templi.

2 b. In diebus  
ipsius emanarunt  
putei  
aquarum  
et quasi mare  
adimpleti  
sunt supra modum.

3 a. Qui curavit  
gentem suam  
et liberavit eam  
a pernicie, qui  
praevaluit  
amplificare civitatem.

3 b. Qui adeptus  
est gloriā  
in conversatione  
gentis et ingressum  
domus [Dei]  
et atrium amplificavit.

4 a. Quasi stella matutina  
in medio nebulae  
et quasi plena luna  
in diebus suis lucet;

Quasi lilia, quae sunt  
in transitu aquae,  
et quasi tus redolens  
(in) diebus aestatis;

4 b. Quasi ignis effulgens  
et tus ardens in igne,  
quasi sol refulgens, sic  
refulsit in templo Dei;

Quasi arcus resplendens  
inter nebulas gloriae  
et quasi flos rosarum  
in diebus veris;

5 a. Quasi aurum solidum,  
ornatum  
omni lapide pretioso;

5 b. Quasi oliva pullulans  
et cupressus  
in altitudinem se extollens.

6 a. In accipiendo  
ipsam stolam gloriae  
et vestiri  
cum consummatione  
virtutis  
  
In ascensu altaris  
sancti gloriam  
sanctitatis  
dedit amictum.

6 b. In accipiendo  
autem partes de manu  
sacerdotum  
et ipse stans iuxta  
aram et  
  
circa eum corona  
fructuum; quasi  
plantatio  
cedri in monte

7. Libani, sic circa illum  
steterunt et omnes  
filii eius  
in gloria sua.

Miss. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Zwethalen. 229. add. saec. 15. —  
2b, 2 emanavit. — Nach 4a, 4 noch überzählig: sic ille effulsit in templo  
Dei; vgl. 4b, 3 sq. — 4b, 3 ille refusit. — 6a, 6 Initiale; 6b, 6 dagegen  
keine. — 6b, 7 Quasi beginnt mit neuer Initiale und läuft bis Schluss. Die  
Silbengleichheit der Klauseln ist vielfach nicht beobachtet.

### 308. De sancta Theodora.

1 a. Romana propagine  
Re Clemens et nomine  
Terris claro lumine  
Nitet caelo,

1 b. Dilectus gentilibus,  
Iudeis fidelibus  
Condescendit omnibus  
Christi zelo.

2 a. Theodora stemmate  
Pollens eius dogmate  
Gaudet in baptimate  
Renovari.

2 b. Sponsam sponsus sequitur  
Et Clemens impetratur,  
Trans pontum proserbitur  
Relegari.

3 a. Hic exsul a consule  
Fines intrat insulae  
Coetu plenos exsule  
Christiano.

3 b. Ipso gaudent imbui  
Cuncti, cum promiscui  
Sexus aegros statui  
Reddat sano.

4 a. Ad agni vestigium  
Ab excelso montium  
Manat rivus fontium  
Per te, Clemens.

4 b. Idolorum corpora  
Dum frangis, in aequora  
Te iactat cum ancora  
Iudex demens.

a. Siccatur ad spatium  
Trium miliarium  
Mare per septendum  
Tua nece.

5 b. Rogo, tot miraculis  
Insignis et titulis,  
His subveni servulis  
Tua prece.

Sequent. et hym. Carmeli Senen. saec. 14. Cod. Senen. G III 2. —  
Mel.: Mariae praeconio. — Der Inhalt der Sequenz rückt den hl. Clemens  
in den Vordergrund.

309. De sancto Thoma.

- 1 a. Fideles, concinite,  
Patronum acquirite,  
Veri solis radium,  
2 a. Dum credere distulit,  
Christus ei contulit  
Dulce refrigerium;  
3 a. Fugans idolatriam  
Adunavit Indiam  
Numero fidelium,  
4 a. Unctum aromatibus  
Corpus a credentibus  
Sepelitur saucium.  
5 a. Huius, Christe, precibus  
Da tuis supplicibus  
Sacrum septenarium,
- 1 b. Thomam, quem paraclitus  
Edocuit spiritus,  
Verum lumen cordium.  
2 b. Se palpandum obtulit,  
Unde nobis attulit  
Fidei solacium.  
3 b. In turba gentilium  
Praesul infidelium  
Permit innoxium.  
4 b. Sic triumphat Didimus  
Thomas, vir sanctissimus,  
Linquens orbis devium.  
5 b. Ut per eius meritum  
Habeamus transitum  
Ad perenne gaudium.

Grad. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. J 8. — Mel.: Veni  
sancte spiritus.

310. De sancto Thoma.

- 1 a. Gaude, fides christiana,  
Thomas tuus hodierna  
Luce prodit caelitus,  
2 a. Hic a Christo iam electus  
Dignus plane est effectus  
Coetu apostolico,  
3 a. O quam ardens, quam devotus,  
Quam divino fervens totus  
Spiritu constiterat,  
4 a. Hinc ad Indos profecturus  
Dei verbo fit securus  
De palma victoriae;  
5 a. Dum sic Thomas elaborat  
Plebem suum et exornat  
Omnibus virtutibus,  
6 a. Fremunt impii ut ferae,  
Innocentem tradidere  
Fornacis incendio;  
7 a. Sic multorum iam salute  
Procurata cum virtute  
Caelo scandis, vir inclute,  
Coronatus gladio.
- 1 b. Qui multum tibi profuit,  
Dum sic tangendo credidit  
Instructus divinitus.  
2 b. Christi flagrat sic amore,  
Ut mori cum salvatore  
Exoptet mirifico.  
3 b. Quando Christus, fons amoris,  
Vulnus divini pectoris  
Tangi sic praestiterat.  
4 b. Morbos fugat sancta prece,  
Spiritali pressam nece  
Gentem levat Indiae.  
5 b. Surgit Satan in doctorem  
Excitatis in pastorem  
Multis infidelibus.  
6 b. Sed magister veritatis  
Virum tantae pietatis  
Salvat a supplicio.  
7 b. Pie doctor optime,  
Thoma, tuo precamine  
Caelesti dona lumine  
Nos frui cum gaudio.

Miss. Praedicatorum imp. Venetiis 1523.

311. De s. Thoma Aquinate.

- 1 a. O quam de claro genere  
Donatum Dei munere  
Clarum sidus oritur,  
2 a. Dum profunda fluviorum  
Tenebrasque secretorum  
In lucem produxit.  
3 a. Cuius fulgida doctrina  
Quasi stella matutina  
Errores nudavit,  
4 a. Tamquam lucifer serenus,  
Clarus, dulcis et amoenus  
Orbem illustravit,  
5 a. Thomas, doctor eximius,  
Lumen splendens nitidius  
Ardore caritatis,  
6 a. Virtutum qui progressibus  
Sacrisque semper actibus  
Mire decoratur;  
7 a. Hic purus a cunabulis,  
Peccati carens maculis  
Criminis letalis,  
8 a. Ordinis Praedicatorum  
Lux decusque meritorum  
Virtute provehitur  
9 a. In polorum ierarchia  
Tua, pater, prece pia  
Nostram miseriam
- 1 b. Cuius illuminatio  
Veritatis monstratio  
Lucide dinoscitur,  
2 b. Qui clarissimus doctorum,  
Reserator oculorum,  
Clarior illuxit.  
3 b. Literarum documenta,  
Figurarum sacramenta  
Plene revelavit.  
4 b. Nam gradiens per devia  
Coruscans in ecclesia  
Pulchre scintillavit.  
5 b. In sanctitate claruit,  
Morum exempla praebuit  
Conformans se beatis.  
6 b. Carnis incorruptionis,  
Fidei promotionis  
Sertis gloriatur.  
7 b. Mente, spiritu candescit  
Ac miraculis clarescit  
Illustrator talis.  
8 b. Ad supremam monarchiam,  
Creatricem et usiam,  
Felix qua perfruitur.  
9 b. Intuens auxiliare,  
Praesens transfretantes mare  
Transfer ad patriam.

Grad. ms. S. Katherinae Divodurensis saec. 14. Cod. Vatican. s. n.  
(ol. 120). add. saec. 15.

312. De s. Thoma Aquinate.

- 1 a. Lauda, Sion, increatam  
Lucem veram, vere natam  
De Maria virgine;  
2 a. Doctor Thomas est lucerna,  
Quae de luce sempiterna  
Nunc accensa radiat.  
3 a. Qualis esset nascitus  
Praedicator et docturus  
Christianum populum
- 1 b. Causa laudis nunc est ardens  
Et lucerna vere lucens  
Veritatis lumine.  
2 b. Inter astra vespertina  
Quasi stella matutina  
Singularis rutilat.  
3 b. Sanctus Thomas, nondum natus  
Fuit matri praemonstratus  
[Per] verbum propheticum.

- 4 a. Puer sprevit voluptatem,  
Omnem mundi vanitatem  
Et parentum gloriam,  
5 a. In scripturis meditatur  
Et abyssum perscrutatur  
Fluminis scientiae;  
6 a. Princeps hunc apostolorum,  
Paulus, doctor populorum,  
Docet omne dubium;  
7 a. Sidus missum decumbenti  
Testis fuit morienti  
Transitus ad bravium;  
8 a. Qui talenta sibi data  
Cum usuris ampliata  
Rettulit ad patriam,  
9 a. Tempus vitae fructu plenum  
Duxit annum quinquagenum  
Iubilat in patria.  
10 a. Ossa sancti detinentur  
Fossae Novae violenter  
Annis olim pluribus.  
11 a. Hunc Tolosa veneratur,  
Ubi Deus operatur  
Saepius miracula.
- 4 b. Semper servans puritatem  
Carnis, cordis caritatem,  
Paupertatis regulam.  
5 b. Datur sensus, quem optavit,  
Spiritus, quem invocavit,  
Sibi sapientiae.  
6 b. Crucifixus hunc adfatur  
Et promittens consolatur  
Se doctori praemium.  
7 b. Lux a terris elevatur,  
Sanctus Thomas cum vocatur  
Ad perenne gaudium.  
8 b. Velut imber qui divina  
Totam rigat ex doctrina  
Christi nunc ecclesiam.  
9 b. Bina stola decoratus,  
Virgo, doctor est dotatus  
Duplici aureola.  
10 b. Ioseph ossa sunt translata,  
Sancti Thomae dum sunt data  
Suis ossa fratribus.  
11 b. Cuius vitam nos sectari  
Et cum ipso gloriari  
Det Deus in saecula

Grad. et Sequent. ms. Unterlindense saec. 14. Cod. Colmarien. 317. —  
4 b, 2 corde. — 11 a, 1 Nunc, falsche Initiale.

### 313. De s. Thoma Aquinate.

- 1 a. Inviolata iubilans  
Laetetur ecclesia,  
2 a. O lux doctorum,  
Norma iustitiae,  
3 a. Tu sol illustrans  
Omnia  
mundi pandis climata;  
4 a. Verbi praedicator,  
[Sermonis] dominici,  
5 a. O patrona,  
6. O patrona,  
O Thoma, caeli Dominum  
Fac placatum.
- 1 b. Thomae nuntians  
Et promens paeconia.  
2 b. Tu decus morum,  
Tu flos munditiae.  
3 b. Profunda scrutans  
Fluminum  
pandis abdita.  
4 b. Lux mundi, sator  
Seminis almifaci,  
5 b. O patrona,

Grad. ms. S. Katharinae Divodurensis saec. 14. Cod. Vatican. s. n.  
(ol. 120). add. saec. 15. — Mel: Inviolata.

314. De s. Thoma Cantuariensi.

- 1 a. Ad honorem summi regis  
Fiat festum sacri gregis  
Martyris victoria;
- 2 a. Digne quidem celebratur  
Et in hominum versatur  
Sanctus hic memoria,
- 3 a. Hinc exsultat, hinc laetatur,  
Hinc in orbe praedicatur  
Felix Cantuaria;
- 4 a. Pater bonus, pastor verus,  
Bonis pius, sed severus  
In actores scelerum,
- 5 a. Thomasmartyr, Thomas praesul,  
In hac terra factus exsul  
A terrena patria,
- 6 a. Exsulavit pastor bonus,  
Egens quidem, sed non onus  
Sensit indigentiae,
- 7 a. Tandem sedi restitutus  
Et felices assecutus  
Exitus exsilii
- 8 a. Ieiunabat, ut ieiunus  
Puritatis in se munus  
Sine labe regeret,
- 9 a. Rationi mens parebat,  
Menti caro serviebat  
Stricta sub cilicio.
- 10 a. Ad extremum mente bona  
Ictum tulit in corona  
Gloriosi verticis.
- 11 a. Consummatus est in brevi,  
Ne labentis fluxus aevi  
Mentis robur solveret,
- 12 a. Iam virtutibus et signis  
Clarus factus et insignis  
Claram reddit Angliam;
- 13 a. Mens est clarus, clara cinis,  
Clari cursus clara finis,  
Clara fecit omnia;
- 1 b. Inde sint orationes,  
Hymni, versus, lectioes  
Atque responsoria.
- 2 b. Qui de caelis coronatur  
Et aeterna sublimatur  
Angelorum gloria.
- 3 b. Felix, inquam et beata,  
Cui servanda sunt donata  
Patris sanctuaria.
- 4 b. Scelerati passus iram  
Passionem subit diram  
Novus heres martyrum.
- 5 b. Sic terrena liquit ibi,  
Ut caelestis regni sibi  
Mercaretur atria.
- 6 b. Quem introrsus dulcorabat  
Et abunde satiabat  
Fructus conscientiae.
- 7 b. Vita vixit eremita  
Sic, ut rigor eius vitae  
Palma sit martyrii.
- 8 b. Vigilabat, ut orando  
Ius divinum a nefando  
Principe protegeret.
- 9 b. Hoc se martyr instruebat,  
Hoc et suum praecurrebat  
Exitum supplicio.
- 10 b. Corpus terrae commendatur,  
Spiritus in caelo datur  
Manibus angelicis.
- 11 b. Ne cum massa perditorum  
Novum civem angelorum  
Satanas involveret.
- 12 b. Claram reddidit ibidem  
Alexandri papae fidem  
Et papatus gloriam.
- 13 b. Nos in regnum claritatis  
Expiatos a peccatis  
Levet ad caelestia.

Cod. Taurinen. E V 20. saec. <sup>12/13.</sup> (fol. 150.) add. saec. 13. in. — 3 b, 2 servanda zum Teil ausradiert. — 9 b, 2 percurrebat. — 10 b, 3 In manibus.

315. De s. Thoma Cantuariensi.

- 1 a. Laudis odas consonemus,  
Christo nato iubilemus,  
Concrepantes dignam demus  
    Salvatori gloriam,
- 2 a. Hic ab aevo infantili  
Mente pia et virili  
Deo vixit et hostili  
    Restitit nequitiae.
- 3 a. Praesul Deo consecratus,  
Mox pro eo relegatus  
Est cum suis effugatus  
    A finibus Angliae.
- 4 a. Hinc ad sua revocatus,  
Primas factus et legatus,  
Sedem sui praesulatus  
    Consecravit sanguine.
- 5 a. Cuius prece mors fugatur,  
Surdus audit, mutus fatur,  
Lepra sordens emundatur,  
    Pelluntur daemonia.
- 6 a. Salus cunctis ministratur,  
Multis quoque duplicatur,  
Corpus valet, mens sanatur  
    Thomae per suffragia.
- 1 b. Per quem Thomas triumphavit,  
Dum per mortem superavit  
Hostes suos atque stravit  
    Et tulit victoriam.
- 2 b. Dum terreno famulatur  
Regi, Deo copulatur  
Et mente consociatur  
    Caelesti familiae.
- 3 b. Curam agens Dei gregis  
Non veretur minas regis,  
Sed tuetur iura legis  
    Et causam ecclesiae.
- 4 b. Cuius fama propalata,  
Multis nota, multis rata,  
Quae signis est commendata  
    Et virtutum opere.
- 5 b. Caecus videt, hydrops cedit,  
Febris fugat, sensus reddit,  
Imber pendet nec accedit  
    Ad votiva opera.
- 6 b. Pater pie, pastor vere,  
Tui gregis curam gere,  
Ut possimus congaudere  
    In superna patria.

Miss. ms. Casinense saec. 14. ex. Cod. Casinen. 128. — 4 b, 2 data.

316. De s. Thoma Cantuariensi.

- 1 a. Dignas Deo laudes prome,  
Laeta cohors, in hac Thomae  
    Praesulis Victoria;
- 2 a. Hic fortis athleta Dei  
Minas sprevit regis rei  
    Christi cum auxilio,
- 3 a. Non fractus iniuria  
Nec lassus penuria,  
    Cedens nequam homini,
- 4 a. Demum datur morti dirae,  
Ne plus possit fraus saevire,  
    Certus certi praemio;
- 1 b. Dum iniuste datur morti,  
Christus hunc sanctorum sorti  
    Coaequat in gloria.
- 2 b. Personarum probris quassus,  
Damna rerum gaudet passus  
    Actus in exsilio.
- 3 b. Murum contra iacula  
Ponit propugnacula  
    Se pro domo Domini.
- 4 b. Vincit hostis, ut vincatur,  
Caesus vicit laniatur,  
    Natus matris gremio.

- 5 a. Malignorum fraude pressa  
Iam conqueri, Sion, cessa,  
Libertate reddita.  
6 a. No[vis ful]get Thomas miris,  
Consummatus poenis diris  
Lassatus iniuria.  
Sequent. ms. Aquilegiense saec. 14/15. Cod. Semin. Goritien. J.

317. De sancta Ursula.

- 1 a. Ad agonem triumphalem,  
Christi mortis imitalem  
Sed et patientiae,  
2 a. Quas supernis dum ex signis  
Ursula libat, insignis  
Mauri regis filia,  
3 a. Sponso virgo foederatur,  
Virgo sponsum exhortatur  
Ad caeli convivia.  
4 a. Quae est ista speciosa,  
Cuius nutu stat Pinnosa  
Cum undenis milibus?  
5 a. Hinc gaude, Germania,  
Laudes da, Colonia,  
Victimae paschali,  
6 a. Sion sancta, iucundare,  
In te clamat sub altare  
Sanguis fusus virginum  
7 a. Iesu bone, nos emunda  
Et a morte nos secunda  
Liberans in gaudio
- 5 b. Ad alta caelorum fertur  
Martyr, aucta mna refertur,  
Olim servo credita.  
6 b. Hunc nos sequi, Deus, dona,  
Bina beans cum corona  
In caelesti curia.

Grad. ms. Vallis S. Katharinae Divodurensis saec. 14. Cod. Vatican.  
s. n. (ol. 120) add. saec. 14. — 5 b, 1 Tu invicta. — 7 a, 1 bono. — Melodie:  
In caelesti hierarchia, mit Kürzung der Strophenzahl.

318. De sancta Ursula.

- 1 a. Virginum victorias  
Iucunde canamus  
Et pro ipsis gratias  
Christo referamus.  
2 a. Undecim sunt milia  
Virgines beatae  
Passae in Colonia,  
In caelis locatae;
- 1 b. Aeternas delicias,  
Ubi sunt, quaeramus  
Ac mundi blanditiae  
Prorsus contemnamus.  
2 b. Rosae sunt et lilia  
Apte figuratae,  
Albert pudicitia,  
Rubent decollatae.

3 a. Harum est dux optima,  
Sponsa salvatoris,  
Ursula clarissima,  
Regina decoris.

4 a. Ursula sanctissima  
Virgines hortatur,  
Ut fide firmissima  
Poena contemnatur.

5 a. Haraam per suffragia  
Christo consolemur,  
Ut calcantes vitia  
Virtute ditemur

3 b. Gemma splendidissima  
Senatus honoris,  
Stella lucidissima  
Divini splendoris.

4 b. Regna beatissima  
Gaudens praestolatur,  
Morte felicissima  
Cum his trucidatur.

5 b. Et aeterna gaudia  
Tandem praestolemur,  
In caelesti gloria  
Cum ipsis laetemur.

Grad. ms. S. Agnetis. Bonon. saec. 14. in. Cod. Mus. Bonon. 12. A. —  
Grad. ms. Dominicanum saec. 15. Cod. Mutinen. XI H 3. B. — 3b, 2  
cenatus A. — 4b, 1 Regina A.

### 319. De saneto Verano.

1 a. Gaude, praesul ter beate,  
A primaeva qui aetate  
Totus Deo deditus

2 a. Gaude, ver plenum decore,  
M'ro redolens odore,  
Germinans ut lilium,

3 a. Gaude, fidei zelator,  
Veritatis propagator,  
Sanctitatis regula,

4 a. Gaude, qui vincens per crucem  
Fugansque draconem trucem  
Populum laetificas,

5 a. Gaude, pastorali cura  
Praestans et via secura  
Plebem ducens creditam

6 a. Gaude, qui beata sorte  
Vitam pretiosa morte  
Claudis cum victoria;

7 a. Gaude, qui iam coronatus  
In caelis hic operatus  
Tamen es magnalia,

8 a. Pater flagrans caritate,  
Sublimis humilitate,  
Virtutum sacrarium,

1 b. Candida virginitate  
Insignique pietate  
Es ornatus caelitus.

2 b. Florens quasi vernans rosa  
Violaque generosa  
Hortorum caelestium.

3 b. Verbo docens et exemplo,  
Effulgens in Dei templo  
Velut ardens facula.

4 b. Signorum namque splendore,  
Virtutum clarus fulgore,  
Semper ut sol emicas.

5 b. Ad domum aeternitatis  
Veraeque felicitatis  
Per virtutum semitam.

6 b. Caelos petis laureatus  
Et a Christo es vocatus  
Ad caelorum praemia.

7 b. Sicco parans pede viam,  
Quando ducis plebem piam  
Amnum per invia.

8 b. Sacra benedictione  
Dona et protectione  
Hoc tuum coenobium.

9 a. Urbem hanc Avenionem  
Tuamque Cabilionem  
Serva potentissime,

Cod. Avenionen: Collect. ms. Massilian Nr. 19. — „Prose en l'honneur de S. Veran, composée par Jeanne Morelle, religieuse de S. Praxède, qui se chante dans ce couvent“ Jeanne Morelle, aus Barcelona gebürtig, war eine ihrer Gelehrsamkeit halber berühmte Dominikanerin in der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts.

9 b. Donans copiam bonorum,  
Sed praesertim supernorum,  
Patrone sanctissime.

320. De sancto Vincentio.

1. *Vincenti,  
verbo Dei vincis  
vires serpentis,*

2 a. Qui statum  
numinis divini

2 b. Incestis  
actibus impingit.

3 a. Cum te satellites  
eius affecissent  
tormentis iniqui,

3 b. Suadentes tibimet  
verbis toxicatis  
specie sub mellis,

4 a. Quatenus diis  
gentium litare  
spurcissimus  
profitereris

4 b. Maximi regis  
cunctorum contemptor  
mandatorum  
ac extitisses,

5 a. At contra dimicans  
auctorem  
lucis patrem  
eiusque natum,

5 b. Qui solus ac verus  
est Deus,  
instantius  
tu es confessus.

6 a. Ob hoc carceres,  
ungulae, testa,  
lectus ferreus  
artarunt te gaudentem.

6 b. In his positus  
obteris fessas  
manus lictorum  
minasque tyrannorum.

7 a. Hic te sumptum  
saeculi tenebris  
reddit Christo  
dies sollennis.

7 b. Huc collectis,  
petimus, populis  
facias hunc  
esse placatum,

8. *Victor constans,  
Vincenti.*

Martyrolog. ms. Laureshamense saec. 9/10. Cod. Vatican. Palat. 833. add.  
saec. 10. A. — Miss. ms. Maguntinum anni 1444. Cod. Maguntin. 136. B. —  
4 a, 4 profiteris B. — 4 b, 4 extinxisses B. — 6 b, 2 obteras A. — 6 b, 4 tormentorum B. — 7 a, 1 Sic te B. — Melodie: Romana. Vgl. Kehrein Nr. 739.

321. De sancto Vincentio.

1. *Pro nobis ora,*

2 a. Domini insignis  
levita, Vincenti,

2 b. *Martyrque probatus  
virtute caelica.*

- |                                                       |                                                  |
|-------------------------------------------------------|--------------------------------------------------|
| 3 a. Qui divino igne<br>succensus<br>vincis tormenta, | 3 b. Amore spiritus<br>possidens<br>arma fortia. |
| 4 a. Tua prece<br>assidua                             | 4 b. Nostra dele<br>facinora.                    |
| 5 a. Et tecum socia                                   | 5 b. In arce supera                              |
|                                                       | 6. Nos, martyr probeque<br>levita.               |

Miss. ms. S. Arnulphi Meten. saec. 14. Cod. Meten. 42. A. — Miss. ms. S. Arnulphi Meten. anni 1321. Cod. Meten. 133. B. — Miss. Tullense imp. Tullii 1551. C. — Mel.: In violata.

322. De sancto Vincentio.

- |                                                                                   |                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Deponentes omne maestum<br>Celebremus diem festum<br>Beati Vincentii,        | 1 b. Miles regis sempiterni<br>Nobis exstat hodierni<br>Causa recens gaudii.      |
| 2 a. Hac in die de profano,<br>De crudeli Daciano<br>Adeptus victoriam,           | 2 b. Dum deponit carnis molem,<br>Ad videndum verum solem<br>Intrat caeli curiam. |
| 3 a. Caelum intrans angelorum<br>Laetiorem reddit chorum<br>Odoris fraglantia,    | 3 b. Ad odoris novitatem<br>Virtutumque venustatem<br>Tota stupet curia.          |
| 4 a. Bona calcans huius vitae<br>Gloriosi mens levitae<br>Futura praesentibus     | 4 b. Antetulit nec tormentis<br>Cessit hostis saevientis<br>Multis et atrocibus.  |
| 5 a. Namque fame maceratur,<br>Ferro, flagris laceratur,<br>Est adustus faculis,  | 5 b. Est a gente bestiali<br>Loco clausus carcerali<br>Superiectus testulis.      |
| 6 a. Ubi descendantibus<br>Supernis spiritibus<br>Lux ingens apparuit,            | 6 b. Quae locum illuminans<br>Et noctem eliminans<br>Custodes perterrit.          |
| 7 a. Testarum asperitas<br>Fit florum suavitas,<br>Vernat carcer floribus,        | 7 b. Non carcer, sed camera<br>Dulcis, odorifera,<br>Digna caeli civibus.         |
| 8 a. Ad tyrannum properant,<br>Narrant, quidquid viderant,<br>Ministri nequitiae: | 8 b. Lucis magnitudinem,<br>Florum pulchritudinem,<br>Senatores curiae.           |
| 9 a. Audit, dolet, indignatur,<br>Frendet, furiit, cruciatur<br>Cruciator impius, | 9 b. Statim iubet illum tolli<br>Et reponi lecto molli<br>Malum parans gravius.   |

- 10 a. Sed frustratur; nam subiecto  
Linquens martyr corpus lecto  
Caelo reddit spiritum.
- 11 a. Sed quos vivens superavit,  
De his quoque triumphavit  
Spoliatus corpore;
- 12 a. Sepultura denegatur,  
Corvus ad hoc praeparatur,  
Ut vas servet corporis.
- 13 a. Da, Vincenti, te canenti  
Nostro gregi, summo regi  
Ne quando dispiceat;
- 10 b. Saxo corpus adligatur  
Et in mare praeceps datur  
Per manus satellitum.
- 11 b. Nam de mari descendentes  
Invenerunt hunc clientes  
Iacentem in litore.
- 12 b. Tandem illud sub arena,  
Velit, nolit mens obscaena,  
Undae tegunt aequoris.
- 13 b. Tua prece nos a faece  
Mundi serves et enerves  
Hostem, ne praevaleat.

Collect. ms. Cisterci saec. 12/13. Cod. Londinen. Add. 15722. — Mit Melodie; Aufschrift: Prosa de sancto Vincentio martyre.

### 323. De sancto Vitale.

1. Annua praesentis recolamus gaudia festi
- 2 a. Et victo roseum pangamus hoste triumphum  
Vitalis summi, martyris egregii,
- 2 b. Tegmine militiae qui plures abstulit orco,  
Namque latens animos misit et ad superos.
- 3 a. Claruit alma fides arcano tecta decore,  
Cumque vacillantem cerneret Ursicinum,
- 3 b. Humani generis Behemoth non pertulit hostem  
More vorare suo posse Dei famulum.
- 4 a. Nomine pro Christi iudex insanus et amens  
Istius ergo caput ense ferire iubet.
- 4 b. Tu quoque, martyr alumne, scrobe dimersus in atra  
Nunc super astra cluis perpetue luce fluens.
- 5 a. Ille miser taetri tenebris cruciatur Averni,  
Tu laetaris ovans cum legione poli.
- 5 b. Quaesumus, ut veniam crebra rogites prece noxae,  
Arbiter aeternus nos tibi consociet
6. Inter et electos adnuat esse suos.

Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Mutinen. O I N 7. A. —  
Grad. ms. Ravennatense saec. 11. Cod. Capit. Patavini A 47. B. — 2 a, 2  
Vitalis cunctis martyris A. — 2 b, 2 Iamque B. — 4 b, 1 scroben dimersus  
in atram A. — 4 b, 2 fruens B. — 5 b, 1 preces B, nosse A.

324. De ss. Vitale et Agricola.

1. Martyrum nobis  
festum rutilat  
valde egregium,
- 2 a. Vitalis nec  
non Agricolaeque
- 3 a. Quos aula  
caelestis  
possidet; strenue
- 4 a. Quo nobis  
conditor  
[conditorum], quae  
subsistunt, cunctorum
- 5 a. Quia moles  
delictorum  
graves iugiter  
premunt nos scelere.
- 6 a. O Dei  
trina  
maiestas,  
unitas  
deitatis praecluis,
- 2 b. Felicium,  
servi dominique,
- 3 b. Idecirco  
sedula  
polum pulsemus voce,
- 4 b. Eorum  
precibus  
nostrorum noxas  
dissolvat penitus;
- 5 b. Ea propter  
organicis  
modulis preces  
depro manus ei:
- 6 b. Dilue,  
(et abs)terge,  
quaesumus,  
tuorum  
populorum funditus

7. Crebrum scelus.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano (?) saec. 10/11. Cod. Angelic. B III 18. —  
4 a, 1 Qui nobis. — 4 b, 3 noxa. — 5 a, 4 scelera. — 5 b, 1 Quapropter.

325. De sancta Walburga.

1. Gratulemur nos in Deo,  
Qui sublimat in tropaeo  
Sic pusillum, quod in eo  
Princeps mundi vincitur.
- 2 a. Princeps, inquam, serpens ille,  
Qui nos gyrat dolis mille,  
Cuius faces et scintillae  
Sunt ad praecipitum.
- 3 a. Contra luxum solidatur,  
Sed hoc solo non armatur  
Sic, ut hostis devincatur,  
Si desit prudentia.
- 4 a. Non deprendet eius mentem  
Somno culpae dormientem  
Sponsus vocans, sed psallentem  
Laudat in vigiliis.
- 2 b. Hunc Walburga, virgo casta,  
Sub virtutis vicit hasta,  
Stans erecta quasi vasta  
Turris contra vitium.
- 3 b. Sed prudentem comprobavit  
Lampas ardens, quam paravit,  
Cuius splendor coruscavit  
In sponsi praesentia.
- 4 b. Per virtutes haec instructa  
Nefas vicit forti lucta,  
Ergo gaudet introducta  
In caeli cellariis.

- 5 a. Christus ei munimentum,  
Quod affirmat argumentum,  
Cuius datur firmamentum  
Locus a virtutibus.
- 6 a. Haec ad vitam regularem  
Chorum vocat puellarem,  
Quem informat salutarem  
Per doctrinae monitum.
- 7 a. Post transcursum quoque mortis  
Plures sanat aegrae sortis:  
Fit caducus per hanc fortis,  
Et contractus graditur.
- 5 b. Nam fit exsul pro salute,  
Credens sibi magis tute  
Procedendo cum virtute  
Procul a parentibus.
- 6 b. Lux de caelis ei datur  
Et puellae revelatur,  
Cuius esse credebatur  
Morbus ad interitum.
- 7 b. Turpem prodit occisorem  
Facti turpis ob horrorem,  
Dum assuetum praeter morem  
Sensus vivo nectitur.

Sequent. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. — Scheint unvollständig zu sein.

### 326. De sancta Waldeetrude.

- 1 a. Laudet Dominum de caelis  
In hoc festo plebs fidelis,  
Absolventem a querelis  
Praesentis miseriae,
- 2 a. Hostem subdendo domavit  
Carnem atque vivens cavit,  
Quae perplures altos stravit,  
Saeculi ambiginem.
- 3 a. Velo sumpto fit cellita  
Miris clarens in hac vita,  
Quam tandem solatur ita  
Divina clementia,
- 4 a. Et sic geminae sorores,  
Auro fulvo puriores,  
Consororum ornant mores  
Vividis virtutibus.
- 1 b. Waldeetrudem, generosam  
Regum stirpe, sed ut rosam  
Tunc vernantem gloriosam  
In poli temperie.
- 2 b. Insignis eius maritus  
Per hanc legem Dei tritus,  
Militares linquens ritus  
Profitetur ordinem.
- 3 b. Quod amborum ad solamen  
Aldegundis sociamen  
Datur ipsi, parcum tamen  
Ante mortis tempora.
- 4 b. Eia, mater, te precamur,  
Obtine, quod eruamur  
Nostris malis, ne tradamur  
Infernorum ducibus.

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. J 10. — Mel. vielleicht Verbum bonum mit Repetition einer Klausel.

### 327. De sancto Willibrordo.

- 1 a. Frequentemus hodie  
Cantica laetitiae,  
Dies festus agitur,
- 2 a. Felix commutatio  
Ad viam de invio,  
De cursu ad bravium,
- 1 b. Dies valde celebris,  
Qua mundi de tenebris  
Vir sanctus eripitur.
- 2 b. De via ad patriam,  
De morte ad gloriam  
Et caeleste gaudium!

- 3 a. Luna matris labiis  
Illabens in somniis  
Signat hunc puerulum,  
4 a. Hic in annis teneris  
Informatur literis  
Et talentum creditum  
5 a. Respondit ancipi  
De futuris principi,  
Habetur propheticus,  
6 a. Qui manum imponens ei  
Remittit ad opus Dei  
Traiectensi populo ;  
7 a. Hoc vir sanctus animatus  
Nostri maris lustrat latus,  
Spargit vitae semina,  
8 a. Congregantur in sagena  
Mente tota, fide plena  
Traiectum, Walacia.  
9 a. Refulgens eximia  
Virtutum potentia  
Reddit impotentibus  
10 a. Mucro viri perdit  
Dignam sancto capiti  
Dedit reverentiam ;  
11 a. Dum pro sitientibus  
Flet et orat fratribus,  
Terra fienti condolet,  
12 a. Sancte pater Willibrorde,  
Nos a mundi munda sorde,  
Aufer offendicula,
- 3 b. Quod a caelo datur ei  
Clara luce verbi Dei  
Illustrare saeculum.  
4 b. Post dispensat populis,  
Coruscat miraculis  
Viri sancti meritum.  
5 b. Agnoscit per spiritum  
Venientis meritum  
Sacer apostolicus.  
6 b. Sacrae rei pium omen :  
Willibrordi mutat nomen  
Clementis vocabulo.  
7 b. Laxat rete verbi Dei,  
In capturam credunt ei  
Populorum agmina.  
8 b. Non est tamen ruptum rete  
Nec sagena scissa, quae te  
His coniungit, Fresia.  
9 b. Membrorum potentiam,  
Sanae mentis gratiam  
Dat insanis sensibus.  
10 b. Nam dum ictum intulit,  
Omnem Deus sustulit  
Dolorum iniuriam.  
11 b. Et in fontis lacrimas  
Solvuntur uberrimas,  
Sitim fratrum abolet.  
12 b. Inter hostes via tuta  
Nos deducas resoluta  
Peccatorum nebula.

Grad. ms. Boscoducense saec. 15. Cod. Arch. S. Iohannis Boscoducen. s. n.—  
3 a, 3 Signant.

### 328. De sancto Zenone.

- 1 a. Sidus fulget in Verona,  
Laude dignum et corona,  
Missum de Armenia;  
2 a. Zeno servat stellae formam,  
Verae lucis sequens normam  
Conculcando vitia.  
3 a. Crescit iuventutis flore  
Unguentorum in odore  
Currens cum laetitia.
- 1 b. Sidus istud nocte claret,  
In quo fulget et appareat  
Dei providentia.  
2 b. Vere missus est a Deo,  
Quod colligitur ex eo,  
Dum a pueritia  
3 b. Odor iste sic excrevit  
Et crescendo sic replevit  
Loca mundi varia,

- 4 a. Quod ad cultum Christi gentes  
Traxit idola colentes,  
Ductas per inania.
- 5 a. Pauper praesul et patronus  
Piscatoris sumit onus  
Contemnendo grandia,
- 6 a. Cursu traxit in errorem  
Boves, currum et ductorem  
Daemonis versutia,
- 7 a. Mutat daemon loca tristis  
Tam in illis quam in istis  
Sua figens iacula.
- 8 a. Atex tandem intumescit,  
Timor famis invalescit  
Per tanta diluvia;
- 9 a. Cuius ope surdi, muti,  
Claudi, caeci restituti  
Praedicant miracula.
- 10 a. Illam cures tua prece,  
Nos ab omni lava facce  
Per tua precamina,
- 4 b. Sic obtentu sanctitatis  
Est creatus civitatis  
Praesul in ecclesia.
- 5 b. Pisces hamo, viros ore  
Piscatoris capit more  
Bina per officia.
- 6 b. Quos et motum irae trucis  
Facit stare signo crucis  
Piscatoris gratia.
- 7 b. Regis Gratiani natam  
Isto daemone vexatam  
Curant huius merita.
- 8 b. Muri stetit ad exemplum,  
Nec intravit aqua templum  
Sancti per oracula.
- 9 b. Ergo, pastor civitatis,  
Cuius est in Syrti ratis  
Et multa miseria,
- 10 b. Ut a malis expiati  
Praesentemur trinitati  
Cum sanctis in gloria.

Grad. ms. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII. — 3a, 1  
florem. — Melodie: Lauda Sion.

---



IV.

## COMMUNE SANCTORUM.

---



### 329. De sanctis Apostolis.

#### In Commemoratione s. Pauli.

- |                                                                                                |                                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Coetus apostolici<br>Festa recolentes<br>Deo trino simplici<br>Canamus gaudentes,         | 1 b. Cuius mirabiliter<br>Flamine repletus<br>Ipse multipliciter<br>Nos illustrat coetus. |
| 2 a. Petri, Pauli sanguine<br>Roma consecratur,<br>Quibus Christi nomine<br>Principatus datur; | 2 b. Hi coram te, Domine,<br>Lumina sunt duo,<br>Quae suo nos lumine<br>Regunt, immo tuo. |
| 3 a. Ceteri participes<br>In apostolatu<br>Hos agnoscunt principes<br>In tanto primatu.        | 3 b. In tuis eloquiis<br>Hi omnes imbuti<br>Suis te martyriis<br>Sunt, Christe, secuti.   |
| 4 a. Ad quorum eloquia<br>Fonte sacro loti<br>Inter laudis munia<br>Poscimus devoti,           | 4 b. Ut sic evangelii<br>Verbum exsequamur,<br>Quod aeterni praemii<br>Dona consequamur.  |

Miss. ms. Hispalense saec. 14/15. Cod. Univ. Ianuen. A VII 3. A. —  
